

TRACTATVS DE HIS QVAE VI, METVS VE CAVSA

fiunt. vbi materia ista satis sparsa congeritur, & rradicitus differitur, & multa vtilia, & necesaria inuenientur, sinè quibus materia ista percipi non potest. Et intèr alia tradditur rratio decidendi àd. cap. 1. Ipsius tituli in Decretalibus, nusq̃; vsq, adhuc àb alio quàm àb authore [illegible] percepta. [illegible]

AVTHORE LICENTIATO BALTASsare Mogollon oriundo à Villa dè Cacerez, Ciue Hispalense, cujus Accademiæ cathedram Codicis olim rrexit.

Cum indice Capitulorum, & Repertorio.

HISPALI

Apùd Franciscum Perez Tipographum.
año. 1600.

CVM PRIVILEGIO.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.



EL REY.



Or quanto por parte de vos el Licencirdo Baltasar Mogollon, vezino de la Ciudad de Seuilla, Cathedratico de Codigo della, nos fue hecha relacion diziendo que vos aviades compuesto y hecho vn libro intitulado tractatus dè his quæ vi, metus vè causa fiunt. El qual os avia costado mucho estudio y trabajo, y porque era buena obra y se aprovechasen del los que quisiesen, teniades neceßidad de imprimirle, y vederle, y nos suplicasteys os mandasemos dar licencia, y facultad para le imprimir, y priuilegio por veynte años, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligẽcias que la pragmatica por nos hecha sobre la ympresion de los libros dispone, fue acordado que deviamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien, por la qual por os hazer bien, y merced, os damos licencia, y facultad para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que corren, y se cuenten desde el dia de la data desta nuestra cedula vos, o la persona que vuestro poder oviere; y no otra alguna, podays ymprimir, y vender el dicho libro, intitulado tractatus dè his quæ vi, metus vè causa fiũt, que de suso se haze mencion en todos estos nuestros Reynos de Castilla, por el original que enel nuestro conse-

¶ 2 jo se

jo se ha visto, que va rubricado y firmado al cabo de Miguel de Ondarça çavala nuestro escrivano de Camara, de los q̃ residen en el nuestro Consejo, con que antes que se venda lo traygays ante ellos juntamente con el dicho original para q̃ se vea si la dicha ympresion esta conforme a el, o traygays fè en publica forma, en como por corrector por nuestro mandado se vio, y corrigio la dicha impresion por el original. Y mandamos al ympresor que asi ymprimiere el dicho libro, no ymprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor, o persona a cuya costa lo ymprimiere, ni otra alguna para efeto de la dicha correccion, y tassa hasta que primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro Consejo, y estando asi, è no de otra manera pueda ymprimir el dicho principio, y primer pliego, y en el seguidamente ponga esta nuestra licencia, y priuilegio y la aprobacion y tassa y erratas, sopena de caer e yncurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica, y leyes de estos nuestros Reynos. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia lo pueda ymprimir, ni vender, sopena que el que lo ymprimiere, aya perdido, y pierda todos y qualesquier libros, moldes, y aparejos que de los dichos libros tuuiere, y mas yncurra en pena de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere. La qual dicha pena sea la tercera parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra terciaparte para el juez que lo sentenciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente, e Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, y Alguaziles de la nuestra casa, y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistentes, Gouernadores, Alcaldes mayores, y Ordinarios,

yotros

y otros juezes, y justicias qualesquier, de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nuestros Reynos y señorios, assi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, os guarden y cumplan esta nuestra cedula, y merced, que ansi vos hazemos, y contra el tenor y forma della, y de lo en ella contenido, no vayan, ni pasen, ni consientan yr, ni passar por alguna manera sopena de la nuestra merced, y de diezmil maravedis para la nuestra Camara. Fecha en Madrid a diez y seys dias del mes de Abril de mil y quiniẽtos y noventa y dos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey
nuestro Señor.

Iuan Vasquez.

Tassa deste Libro.



O Miguel de Ondarça Çavala Escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su Consejo, doy fee que auiendose presentado ante los dichos Señores, por el Licenciado Baltassar Mogollon vezino de la Ciudad de Seuilla, vn libro por el compuesto, yntitulado tractatus dè his quæ vi, metus ve causa fiunt que antes de agora con licencia desu Magestad fue ympresso; tassaron a tres marauedis el pliego de cada vn cuerpo de los dichos libros, y que a este precio se venda y no mas, y que esta fee de tassà se ponga al principio de cada vn libro, para que se sepa el precio como se hà de vender. Y para que dello conste di el presente que es fecho en Madrid a veynte y siete dias del mes de Iulio de mil y seyscientos años.

Mignel de Andarça Çavala.

Epigrama de chaſticon.

LICENTIATI DIDACI DE SIGVRA
aduocati Regalis Audientiæ Ciuitatis
Hiſpalenſis.
(***)

PHEBEO totus Mundus fulgore cerruſcat
Præbet in obſcura nocte Diana viam
Induperatoris ductum tenuere Phalanges
Ducitur Arctoi lumine Nauta Poli
Tu quoq; dum Iuris propter diſcrimina certas,
Et maris imperitas arbiter ipſe Rati.

Dum clara oſcuras depellis Lampade noctes
Errorum q; pro cul nubila denſa fugas.
Certantes ductas Pelago ſeptentrio luces
Et Phebo, & Phebe clarior ipſe nites.

SVMMA CAPITVLO: rum hujus libri.

Caput. 8

¶ Finis.

DEDI-

❧ DEDICATIO HVIVS LIBRI. ❧

LICENTIATO DIDACO DE SIGVRA aduocato in Regali Audientia Hispalensi, & Ioani Baptistæ de los Oliuos Licentiatus Baltassar Mogollon. S. P. D.



ALENVS (AMICIMEI) LIB. 7. meth. se excusat à dicatione suorum librorum (quia nulli eos dicauit) ea rratione, quòd veritatis studio flagrabat, eã q; operibus suis tutricem instituebat, at Doctor Ioannes dè Carmona Medicus insignis in suo tractatu dè Peste in fine prohemij alteram rrationem dat: scilicet; quia proceres absentes, fortè à maioribus detenti curis statim librum obliuioni perpetuæ traddent, vel posteà eis vita functis opus ipsum suo se põdere in præcipitium traddet. Ego vero aliampossem addere, scilicet, quòd nullum opus rrecipit authoritatẽ, neq; perpetuitatem àb eo cui dicatũ est: quia lector non curat, dè eo cui dicatum est, neq; dè ipso authore, sed de ipso opere. Rationes sunt certè philosophicæ. Melior tamen rratio est, quòd quia omne datum optimũ de sursum est, descendens à Patre Luminum, æquum & justũ est vt ei dicetur, & ei rreuertatur & sic edocemur à fluminibus, quæ è mari aquas rrecipiũt, eas q; ei rrestituũt. Quã obrrẽ Deo (à quo istud opus exiuit) dico, rrestituo q;. vobis autẽ vt gratuletur Res publica (si vtilitatẽ ex eo senserit) fateor, quòd opera vestra ex iuitin lucem, cũ intenebris maneret sepultus per multos annos vt videre est èx data licẽtiæ & priuilegij, & èx anno impresionis.

Valete.

AD

AD LECTOREM.




Ccaſsione cujuſdam litis ſupèr ſacri ordinis ſuceptione per metum conditionalem coactus fui materiam metꝰ rradicitus euol uere. Quam obrrem ea imbutus rremáſi,ideo.q;deo gratias egi,quia mihi paruulo (nō in ætate ſed injuris peritia,cum vnum ſciam, me nihil ſcire) quæ à ſapientibus abſconderit rreuelauerit. Et videns quòd hæc materia ſparſa ſit,& ob id malè percepta (timens penas luere òb talētū abſcōditū) decre ui inlucē in modum tractatꝰ eā edere.Ideò amice lec tor ſiquid boni in eo inueneris Deo tribue, à quo bona cuncta procedunt.Sin autem aliquid ineptè dictū, vel non benè examinatum, meam inertiam,imperitiam q; argue. Velim tamen , vt anteq̄; judices hoc munus ſcribendi aſſumas,vt expertus poſſes rrectius judicare.

***

¶VALE.

PROTESTATIO
Authoris.

(*)(*)(*)



Ibellum hunc submittto correctioni Sacro sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, cujus fidē semper & sequutus sum, & sequar, dum in meo judicio naturali, & perfecto sim. Et si quid absonum, aut illi contrariū rrepertum in eo sit, ex tunc, prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc rreuoco, & dico me id non dixisse animo affirmatiuo, sed inuestigationis, aut, disputationis causa, & àb eo discedo, paratus corrigi, & emendari pèr eādem Sacro sanctam matrem Ecclesiam.

(:)(:)(:)
(:)(:)
(:)

Errata sic corrigito.

Fol.2.pag.1.linea penult. nou.lege: non.
Fol.3.pagin.2.linea.15.sequitus: lege, sequutus.
Lin.19.lucos.lege,lucas.
fol.4.pag.1.linea.3.rresene lege,rreferre.
lin.10.quolibei,lege,quolibet.
lin.12.isitur.lege.igitur.
lin.13.diuc.lege,dicit.
lin.19.consequantis.lege,consequentis.
✠ Pag,2.lin.14.notad.lege,notat.
lin.21.que.leg,quæ.
fol.7.pag.2.lin.13.mihid.lege,mihi id.
lin.16.inferes,lege,inferens.
lin.19.de atto.lege.de actio.
fol 8.pag.1.lin.11.uon.lege,non.
fol.9.pag.1.lin.40.eontra.lege,contr.
fol.10.pag.2.lin.10.libetos,leg.liberos.
lin.17.l.lege.lib.
fol.11.pag.1.lin.11.prepofui.lege.propofuit.
fol.13.pag.1.lin.10.junta.lege,juncta.
✠ Pag.2.lin.8.uturo.lege,futuro.
fol.17.pag.1.lin.14.seqguntur.lege:sequuntur.
fol.19.pag.1.lin.20.mages.lege,majes.
✠ Pag 2.lin.7 nnup lege:nup.
fol.21.pag.1.lin.11.esta.lege,ista.
fol.23.pag.2.lin.5.causa.lege,causa.
lin.6.re sprobata.lege.rres probata.
lin.22.maio.lege.maio.
fol.24.pag.1.lin.7.sidorata.lege:siderata.
fol.25.pag.1.lin.21.scriplit.lege.scripsit.
fol.29.pag.1.lin.9.rretulimns.lege.rretulimus.
lin.12.circuntanstantia.lege,circunstantia.
fol.30.pag 1.lin.3.uon.lege,non.
lin.19.supero.lege,super.
fol.31.pag.1.lin.4.statutum.lege.statutum.
lin.7 sequitum.lege:sequtatum.
lin.10.ossitialum.lege:offitialium.
✠ Pag.2.lin.18.cōmentur.lege,cōmentar.

lin.fi.

Errata sic corrigito.

lin.fi.diligent.lege:diligenter.
fol.32.pag.1.lin.1.pratica.lege,practica.
lin.11.vulica.lege.publica.
fol.35.pag.2.lin,5.fideiussoribus.lege:fideiussoribus.
fol 42.pag.1.lin.10.inquantu.lege in quantum.
✠ *Pag.2.lin.4.incũsil.lege,in consil.*
In eadem lin.vtumq; lege.vtrumq;.
fol.43.pag.2.lin.2.inducut.lege,inducunt.
fol.44.pag.1.lin.12.offitialum,offitialium.
lin.fi.de bur.leg.debut.
fol.45.pag.2.lin.4.rrefuipt.lege.rrescript.
lin.10.confeßio.lege concesßio.
fol.46.pag.1.lin.2.cosilium.lege,consilium.
✠ *Pag.2.lin.18.mamica.leg.Mantica.*
fol.47.pag.1.lin.4 tcx.lege.tex.
lin.21.juta.lege.jura.
Pag.2.lin.13.pondcratur.lege,ponderatur.
lin.fi.notad.lege,notat.
fol 48.pag.1.lin.15.faborem,lege,fauorem.
fol.49.pag.2.lin.2.transigere.lege.transigere.
lin.3.popter,lege:propter.
fol.51 pag.1.lin.17.piesumitur.lege,præsumitur.
fol.52.pag.1.lin.12.fit.lege,fit.
✠ *Pag.2.lin.10.propiam.lege:propriam.*
fol.53.pag.1.lin.2.propiampersona.lege: propriam personam.
lin.22.sequitui.lege,sequitur.
fol.54.pag.1.parris.lege.patris.
lin.22.volu.n.2.lege.volu.1.n.2.
✠ *Pag.2.lin.16.nuntrat.lege.nantiat.*
lin.22.is.lege.15.
folio.55.pag.1.lin.16..vsqu;.lege.vsq;.
fol.56.pag.1.lin.13.fi.lege.fi.
✠ *Pag.2.lin.18.libec.lege.libet.*
fol.57.pag.1.lin.16.reuercetiam.lege.reuerẽtiam.
lin 20.nou.lege.non.
✠ *Pag 2.lin.1:rreuorentiam.lege:rreuerentiam*

fol.32

Errata sic corrigito.

fol.58.pag.2.lin.2.iuquirendum.lege:inquirendum.
lin.si ptrmam.lege.primam.
fol.59.pag.1 lin.19.marimonio leg.matrimonio.
fol.60.pag.1.lin.6.silenrium.lege.silentium.
fol.61.pag.2.lin.7.fine.lege.fine.
lin.10.debetut.lege.debetur.
fol.62.pag.1.lin.6.ptacipuè.lege precipuè.
lin.19.rit.lege.tit.
lin.21.imputantur.lege.imputatur.
✠ *Pag.2.lin.7.vr.lege.vt.*
fol.63.pag.2.lin.10.debe.ur.lege.debetur.
fol.64.pag.2.lin.1.nutriori.lege.nutritori.
fol.65.pag.2.lin.18.deberur.lege.debetur.
fol.66.pag.1.lin.9.sanectute.lege.senectute.
✠ *Pag.2.lin.1.funt.lege.sunt.*
fol.67.pag.2.lin. iusta,lege.iuxta.
fol.69.pag.1.lin.7.interpositas,lege.interpositas.
✠ *Pag.2.lin.2.Saliacetus.lege.Sali cetus.*
fol.71.pag.1.lin 14.egear.lege.egeat.
fol.72.pag.1.lin.7.vè.lege.vel.
fol.74.pag.2.lin.3.sequenri.lege.sequenti.
fol.76.pag.2.lin.2.nquibus.lege.inquibus.
lin.7.dnm.lege.dum.
lin.16.prohpa.lege.propha.
fol.77.pag.1.lin.1.rrouocand.lege.rreuocand.
✠ *Pag.2.lin.2.finali.singularem.lege.singularem.*
fol.81.pag.2.lin.1.omnē.lege.omne.
fol.83 pag.1.lin.4 deueniantur.lege.deueniatur.
linea.14.conclusiones.lege.conclusiones.
✠ *Pag.2.lin.1.metum.lege.metum.*
fol.84.pag.1.lin.17.pharmaea.lege pharmaca.
✠ *Pag.2.cap.4.lege.cap.6.*
fol.89 pag.2.lin 1.iu.lege.in.
lin.9.quo od.lege.quòd.
fol.91.pag.2.lin.19.dominus.lege.dominis.
fol.92.pag.1.lin.15.nonum.lege.nouum.

✠ *Pa-*

Errata sic corrigito.

✠Pag.2.lin.fi.traseunt.lege,transeunt.
fol.98.pag.1.lin.10.n.15.leg.n.25.
fol.99.pag.1.lin.13.Rnb.lege Rub.
fol.102.pag.2.lin.20 primetendū.lege.pramittēdum.
fol.105.pag.1.lin.10.omne.lege.omnes.
✠Pag.2 lin.20.sacramēatis.lege,sacramentis.
lin.finali.Sacramentum.lege.Sacramentum.
fol.107.pag.2.lin.18.non.lege,non.
lin.20.voluntateni.lege,voluntatem.
fol.106.pag.1.lin.3.negottum.lege,negotium.
fol.109.pag.2.lin.18.trequirirur.lege,rrequiritur.
fol.111.pag.2.lin.16.xrefatr.lege.rrefert.
fol.112.pag.1.lin.21 dispositionem.lege,dispositionē
lin.22.fusceperunt.lege,susceperunt.
fol.113 pag.2.lin 19.prut.lege.pruat.
fol.115.pag.1.lin.3.dioctum.lege,dictum.
lin.fi.fanctis.lege,sanctus.
fol.116.pag.2.lin.6.buinta.lege,quinta.
fol.117.pag.2.lin.6.excu.lege.excu.
fol.119.pag.1.lin.1.intervenit.lege,intervenit.
fol.120.pag 2.lin.9.intet.lege,inter.
fol.121.pag.2.lin.9.Crāuera.lege,Crameta.
lin.21.quō sponte.lege,quōd spōte.
fol.128.pag.1 lin.1.vel alieni.lege,vel alieni.
lin.11.prapofit,lege,praposit.
lin.17.ista.lege,ita.
✠Pag.2 lin.4.locum.lege,locum.
fol.131.pag.1.lin.5.fizieron.lege.,fizieron.
fol.143.pag.1.lin.17.Rebuff.lege,Rebuff.
✠Pag.2.lin.8.quaprupli.lege,quadrupli.
lin.21.quaudo.lege,quando.
fol.150.pag.1.lin.22.Corn.10.lege,Cornelio.
fol.151.pag.1.lin.15.diximes,lege,diximus.
✠Pag.2.lin.11.diligentet.lege,diligenter.
fol.152.pag.1.lin.3.velet.lege.valet.

FINIS.

Aduertentia.



Pus istud duas cõtinet partes: primã quæ deui præcissa tractat. Inquasummariè, & resolutiuè per transeo: quia non est meum institutum. Alteram demetu conditionali. Quã deo volente latissimè examinabo.

RECOPILATIONES PRAEambulorum.

Præmittenda sunt aliqua quæ adsubjectæ materiæ declarationem conducant. 1.

Tractatus iste est ad contemplationem tituli debis quæ vi metus ve causa fiunt indecretalibus. 2.

Vis & metus sunt diuersa. 3.

Dictiones ve, & vel ponuntur inter diuersa. 4.

Vis refertur ad corpus, metus ad animum. 5.

Dictiones hæ vis, & metus, sunt tamq̃ duo capita, ex quibus multa menbra oriuntur. 6.

Omnis bona de aliqua re institutio debet adiffinitio-

A *ne*

Actio metus datur nõ solum contra eum qui metum intulit, sed etiam contra rei possessorem. 24.
Actio quod metus causa est in rem scripta.
Metus causam præstans eo non iuuatur. 25.
Voluntarium & inuoluntarium quid sit. 26.
Dictiones sinonomæ vis & metus tradduntur. 27.
Dictio inuoluntariũ est terminus æquiuocus. 28.
Inuoluntariũ violentũ est duplex. & n.30. 29.
Co actio nunq̃ tollit rationem voluntarij. 31.
Voluntas nunq̃ cogitur co actione sufficienti.
Inuoluntarium per ignorantiam est duplex. 32.
Metus est ita exosus, quod etiã gentilibus fuit odiosus. 33.
Vox prætoris dicentis: quod metu gestum est ratum non habebo. Fuit vox dei posita in ore prætoris. 34.



Præambula.

1 IN NOMINE sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis, intemerataeq; Virginis Mariæ. Acturus dehis quæ vi metus ve causa fiunt, ne illotis (vt aiunt) manibus procedam, aliqua præmittere decreui, quæ ad subiectæ materiæ declaratioñe spectent, sequutus consultum in.l. proponebatur. versi. quibus ita præmissis.ff.de castrens. pecul. vnde præmitto sequentia.

2 Primò: hunc tractatum spectare ad titulum, seu rubricam: dehis quæ vi metus ve causa fiunt in decretalibus.

3 Secundò: ꝙ vis, & metus sunt diuersa vt patet in dicta rubrica, & in. c. sacris eoti, & in.c. cum locum. despons. vbi id notat præposit. n. 2. & patet in Rubrica & in.c. vnico istori-tul.lib.6. & in.c.2.§. laici de rrebus eccles.alie nand.

nand. in. 6. & in. l. siui, vel metu. C. istotitul.
4 ¶ Quæ diuersitas etiam colligitur ex natura harum dictionum ve, & vel, dequarum natura est poni inter diuersa vt jass. in.l. dequibus. ff.
5 delegib.n.3. ¶ Ac etiã quia vis refertur ad corpus, & metus ad animum. glo. in.d.l.sivi, vel metu.verb.siui, quam ibi sequitur Bar.n.17.

6 Sunt autem isthæc dictiones vis, & metus tamquam duo capita, ex quibus multa membra oriuntur. Et vt clarius loquar vtraq; est genus habens subse multas species. Licet nostrates aliter senserint: constituendo vim vt genus generalissimum, eamq; diuidentes inpræcissam & conditionalem vt infra patebit.n.27. cum sequentibus.

7 Et quia omnis bona de aliquare institutio debet à diffinitione profficisci teste Cicerone lib. 1. offitio.n.11. deuenio ad diffinitionem harum dictionum.

8 Primam diffiniuit Paulus juris consultus. in.l. 2. ff. istotitul. sic: vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest. Cui diffinitioni glossa vnica ibi addit hæc verba: aduersus quã

non pro ficit custodia. per. l. si ea res. in prin. ff.deactio. empti. hanc diffinitionem sequuntur. glo. in. d..c. vnico. istotit. in. 6. verb. vim. & Geminian.d.glo.sequutus in.d.c.2.d.§. laici. de reb. ecles. alienand. lib. 6.n. 2.& Sebastian. Brant.in suo tractat.expositio. iuris titulorum, intitul. de eo quod met.caus. & Minsinger.in. §. quadrupli.inst.de actio.n.10.eandem diffinitionem ponit.l.1.tit.10.par. 7.

9 Metus autem diffinitur à iuris consulto in. ll.1.ff. istotit.sic: metus est (instantis periculi, vel futuri causa) mentis trepidatio.quam diffinitionem sequuta est.glo.in. c. ad audientiam. verb. causa. istotit.&c. d. glo. capituli vnici istot.in.6. quam sequitus est Geminian. vbi supra.hanc diffinitionem sequutus est Sebastianus brant vbi supra. & Petrus Plateanus Angolis meus in. d.§. quadrupli.n.3. & in.§.sequitur.eoti.deactio.n.7. & Lucas de pen.in.l. exceptores.C.denumerar. actuar.lib.12.n.2.& Angel inconsil.215.n.2.ad fin.& Socin.jun.inconsili. 77. volu.1.n. 67.& Couarru.in. 4. decretalium.2.p. c.3. §.4. n. 1. & thesaur. linguæ latinæ in.

in. verb. metus. ¶ Multæ etiam diffinitiones huius dictionis tradduntur tam à nostratibus, q̃ a Cicerone. Quas hic reffere non piget: eo quia atantis viris sunt exaratæ. Bal. enim in. l. 2. C. de his qui propter met. Iudi. non apellauer. n. 1. sic diffinit: metus est coactio mentis, per quam visus liberi arbitrij arcetur. ¶ Lucas de penna vbi supra sic diffinit: metus est motus animi interior subitus factus ex aliqua tristi recordatione sine quolibet alio terrore. ¶ Cicero in varijs locis variè. diffiniuit nam in Tusculan. qq. lib. 4. n. 21. dicit: est igitur metus rationi aduersa cautio. &c. n. 23. dicit: metus est opinio impendentis mali, quod intollerabile esse videatur, &c. n. 104. dicit: est enim metus, vt ægritudo præsentis, sic ille futuri mali. itaq; non nulli ægritudinis partem quandam metum esse dicebant, alij autem metum molestiam appellabant, q̄ est quasi dux consequantis molestiæ, &c. n. 129. dicit: & si fidentia (idest firma animi cõfisio) scientia quædam est, & opinio grauis non temerè assentiens, metus quoq; est diffidentia ex pectati, & impendentis mali. &



ſi ſpes eſt expectatio boni, mali expectationē neceſſe eſt eſſe metum,& lib.5.dictarum.qq. n. 73.dicit iddem quod proximè.

10 Cognito de his dictionibus in genere, nunc ad ſpecies deſcendendum nobis eſt ſecundum doctrinam Ariſtotel.1.phiſicor.c.1.cuius verba ſunt:at cōfuſa primò nota nobis ſunt magis, ac manifeſta, elementa vero principia q; poſterius ex hiſce nota per ipſorum diuiſionem fieri ſolent iccirco ex vniuerſalibus ad ſingularia proficiſcamur oportet &c. Comprobatur ejus doctrina per tex, expreſſ.in.l.1.ff.ſi cert.petat. & ibi ex eo id notad Alexand.n. 1.

11 Vis autem multiplex eſt. quædam compulſiua, quæ imponit neceſcitatem contrariam voluntati contrariæ:quià id facit,quod non faceret ſieſſet liberi arbitrij. ex hac introducitur actio quod metus cauſa. Quædam exp ulſiva, quæ inducit interdictum vnde vi. Quædam ablatiua, quæ inducit vi bonorum raptorum circa mobilia. Quædam turbatiua, que inducit interdictum vti poſsidetis in rrebus ſoli, & vtrobi in rrebus mobilibus cum duo poſsidere

ſe

se contendunt. Quædam inquietatiua, quæ inducit interdictum quod vi aut clam, vt siquis à me prohibitus, vel putans se prohibendum aliquid faciat in meo, ita dicit glo. in. c. ad audientiam. isto titul. verb. causa. & glo. fi. in. l. 1. ff. isto titulo & glo. fi. in. l. extat. ejusdem tituli. & Sebasti. Brant. in. d. tract. exposit. titul. d. ti. de eo quod metus causa. & Angel. in. d. §. quadrupli. insti. de actio. n. 36. & ibi Minsin. n. 14. & 15. & Ioan Plotus in tract. de inlit. jurand. §. 3. n. 2. junctis. n. 10. 11. & 20. & 48. & Rebuff. in commentar. 2. tomo in tract. de rrescis. contract. glo. 13. Bossius in suis tractatibus. tit. de plurib. violentijs n. 1. Cum sequentibus. & aliqua ex prædictis dicit Angel. in consil. 215. n. 3.

12 De vi habentur quinq; tituli in digesto nouo. vnus de vi, & vi armata. alter vti posidetis. alius vtrobi. alius quod vi aut clam. alius vi bonorum rraptorum. ¶ Horum tres (qui sunt: primus, secundus, quartus) pertinent ad immobilia. rreliqui duo (qui sunt: tertius, & quintus) pertinent ad mobilia. ¶ Primus tractat, quãdo quis per vim siue cum armis, siue sine armis

expellitur à possessione alicuius rrei immobilis, ad quam vult rrestituj. ita patet ex ipso nigro. & testatur Sebastianus Brant in expositione ejusmet tituli. ¶ Secundus tractat, nequis turbetur in possessione rrej immobilis (vel juris in corporalis) quam habet. vt patet ex ipso nigro & ibi Sebastian. Brant in expositione ejusmet tituli. ¶ Tertius tractat, nequis turbetur in possessione rrei mobilis, vt patet ex ipso nigro. & ibi Sebastian. Brant in ejus expositione. ¶ Quartus tractat de vi tàm præsenti, q̃ præterita, & sic continet quoddam mixtum, cum duo priores contineant quodlibet simplex. nam primus (scilicet de vi, & viarmata) tractat de vi præterita. secundus (scilicet vti possidetis) tractat de vi præsenti: ita Sebastian. Brant. in expositione tituli quod vi aut clam. ¶ Quintus tractat de bonis, & rrebus mobilibus vi rraptis. vt patet ex ipsius tituli verbis. & ex Sebastian. Brant in expositione ejusdem tituli.

13 Metus autem multiplex est: nam triplex est secundum Bal. in titul. de pace juramento firmand. §. item sacramentum. n. qui rrefertur àb

an-

Andrea Geil intract.de pacepubli.lib.1.cap.2.n. 8. scilicet. Primus concussionis : qui perminas potentioris infertur. Secūdus impressionis:qui fit per carcerem. Tertius violentæ suspitionis: qui ex inimicitijs apertis oritur. At alij dicunt quod quintuplex est. Primus metus minarum Secūdus metus facti. Tertius metus reuerētiæ. Quartus metus potentiæ. Quintus metus perfidiæ. vt colligitur ex glossa in.c.cum dilectus. istotit. verb. metum mortis. & clarius id dicit Zazius in.d. §. quadrupli.insti.deactio.n. 10.& ibiMinsinger.n.7. ¶ Sanctus uero Ioan. Damascen.in lib.2. orthodox. fidei.c.15. dicit metum esse sextuplicem, segnities. pudor. verecūdia. stupor. terror. angor. Segnities est metus impēdentis actionis. Pudor est metus ex vituperationis expectatione susceptus. verecundia est metus ob admissum dedecus. stupor est metus ex ingenti aliqua rrei specie animo oblata. Terror est metus ex aliqua noua & insueta rrei specie contractus. Angor est metus ne vota nostra infœliciter cædant. tunc enim angore afficimur cum metuimus, nequod agressi sumus

ex sententia animi cadat. ¶ At Cicero in Tusculan.qq. lib.4.n.25. & lib.5.n.73.dicit: metum esse octuplicem, dicendo: sub metum autem subjecta sunt pigritia, pudor, timor, terror, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. quem sequitur Lucas depen.in.l.exceptores.C.de numerar.actuar.lib.12.n.2.vbi ex ponit aliqua ex prædictis dicendo, quòd timor est metus mali apropinquantis. pauor est metus mentem loco mouens. exanimatio est metus subsequens, & quasi comes pauoris. Conturbatio est metus excutiens cogitata. formido est metus permanens. eadem q; rrefert Angel.ind.consil.215.n.3.

14 Metus & timor licet videantur esse vna eadem q; rres. tamen diuersa sunt: nam metum causat terror. timorem verò causat amor. ita dicit tex. in.l.15.ti.13.par.2. Cujus verba sunt: *E como quier que temor e miedo es naturalmente como vna cosa, empero segun rrazon departimiento a entre ellos: ca la temencia viene de el amor, è el miedo nace de espanto depremia, què es como desamparamiento.*

15 Timor est duplex: naturalis & accidentalis.

Na-

Naturalis est cum animus à corpore distrahi non vult, ob naturalem eam mutuam affectionem, ac necescitudinem iam indè àb ipso ortu àb opifice ipsi insitam: quasit, vt naturaliter pertimescat, & angatur, ac mortem recuset. alter qui ex rrationum proditione, ac perfidia cõflatur, atq; exeo quòd quis mortis horam ignorat: vt cum noctu oborto aliquo strepitu timore afficimur, qui quidem timor præter naturam est. ita dicit sanctus Ioan. Damasce. lib. 3. orth odoxæfidei. c. 23.

16 Dicitur metus à mente: quia mentem tenet vt Sebastian. Brant in expositio. titul. jur. titul. ff. de eo quod met. caus. & Couarru. in. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 1.

17 De materia metus habetur titulus indigesto veteri: de eo quod metus causa. & in. C. dehis quæ vi. & istum titulum in decretalibus. & similem in lib. 6. decretalium.

18 Est enim metus homi nibus maiore supplitio, q̃ si rre ipsa malè afficiatur teste Xenophone in Pedia Cyri lib. 2. quem rrefert & sequitur Petrus Plateanus Angolis. in. d. §. qua drupli.

inst.deactio.n.3.quod patet in lib.Iob.cap.1.&c. 2. vbi satans adnihilum deduxit tentationem bonorum rrespectu personæ.

19 Item præmitto quod non omnibus metum passis subuenit Pιætor,sed his tamtum qui dánum aliquid passi sunt ex metu.tex. in.l. sicum exceptione.inprin.ff.istotit. Cujus verba sunt: sicum exceptione aduersus te perpetua tutus essem coegero te aceptum mihi facere., cessare hoc ædictum: quia nihil tibi abest. hanc conclusioné firmat Couarru.in.4. decretal. 2. par. c.3.§.4.n.1. licet non alleget istam legem, sed aliam,quæ mihid non probat.

20 Ité præmitto ꝙ nō semper est desubstantia ꝙ metum in ferens lucretur aliquid vt patet in. c.1. isto titul. sufficit enim, ꝙ metum in feres satisfaciat voluntati suæ:quia satis lucratur qui suæ voluntati obsequitur pertex.in.§.præterea insti.deacto.& Marcus Mant.insingul. 327.n.1. & Baeça dè decima tutor. c.2. n.40. & Molina de maiorat.in prohem.n.3.¶ Et non obstat nostræ conclusioni tex.in.d.l.sicum exceptione.§. inhac. isto tit. ff.quæ videtur innuere ꝙ sit ne

cessa-

cessarium, ꝙ metum in ferens lucretur aliquid. quia ille. §. loquitur rrespectu tertij, qui conueniri non potest, si aliquid lucratus nō est. ¶ Ex quo infero Bartolum malè summasse illū §. & errasse Socin. Iunio. incōsil. 37. volu. 2. n. 30. & 31, & Detium, & Marsilium, & Iosephū Mascard. in tract. de probatio. 2. p. cōclusio. 1055. n. 13. qui eum sequuntur. Nam dicūt, ꝙ qui agit hac actione duo probare debet. scilicet: metū illatū, & ad inferentem metū commodū peruenisse, quod textus ille uon dicit: sed ꝙ is qui conuenitur, & si non in tulerit metum sufficit habuisse lucrū. & sic loquitur textus rrespectu tertij, qui non intulit metū. Vndè verū summarium illius §. est: ꝙ is qui habuit lucrum èx metu illato potest conueniri, licet non intulerit metum ei qui passus est metum.

21 Item præmitto ꝙ metus cōditionalis excludit libertatem consensus. Abb. in. c. cōsultationi. de sponsalib. n. fi. & ibi Præposit. n. 2. & alij. dd. vt rrefert, & sequitur Euerard. in Consil. 19. n. 18. ¶ & talis metus excusat à dolo. vt Abb. in consil. 4. pri. par. n. 3. & 4.

22 Item præmitto quod metus qui operatur est is;qui injustè infertur; nam justè illatus nō operatur tex.express.in.l.si mulier.inprin.ff.isto tit.Detius in.l.in omnibus causis, ff, de rregul. jur.n,2,quē rrefert & sequitur, Socin .junior in consil,77.n.9, volu,1.tenet etiamRebuff. in cōmentar.2,tomo.titul,de rrescis, conctract, glo, 22,n.4.

23 Item præmitto quod solus metus cadens in constantem virum dat actionem quod metus causa, cæteri autem metus offitio judicis implorato rreparantur, vel per condictionem ex lege.tex,in.l.illicitas in prin.ff. deoff.præsid.l.fi. §.si fœnerator,ff.isto tit.& ibi. Bar .n.1 idē Bar. in.l.5. isto tit.ff.per totā.glo.in.c.cum dilectus, isto ti.verb.metum mortis.& ibi Anto. Debut, n. 16.& Cardinal, Zabar.n.3, versi.tertiò quæro.&Abbas,n.9.glo.in.l.interpositas.C.detrans actio. verb.ædicto.& ibi Cyn.n.1.& Bar,n.5.& 6.&Bal.n.7.&.Ro.n.7.Angel.in.d.§,quadrupli, inst.deactio.n.9.& ibi Iasi.n.54.&.56.& ibi Zazius.n.10.& Minsingerius, n.7, Cephal. in consil,395.n.12.volu.2.Rebuff.in comment,2, tom, tract,

tract.de rrescisio.contract.glo.12.n.4.¶ Roficdus autem Beneuentanus intract.ordi juditiar. pri.par.titul. de vtili rreiuédicatione quæ datur metum passo.n.1.dicit: ꝙ quinq; modis sucurritur metum passo.Primo per actionem directam,quæ competit ob metum mortis. Secũdo per actionem vtilem,quæ datur ob metũ æquè similem.vt.l.isti quidem.ff. istotit. Tertio per constitutiones vt.l. si per impressionem. C.isto tit. Quarto judicis off.vt in medico per.l.medicus.ff.de var.& extra ordi. crimini. Quinto ex generali clausula si qua mihi justa causa.ex. l.mulier.§.fi.ff.istotit.¶ Baldus etiam aliter dicit in.l.interpositas,C.de transactio. n.7. quem hic non rrepeto:quia ab omnibus habetur.

Libellos in hac materia ponit Speculator in lib.4.parti.1.ti.de his quæ vi metus vel causa fiũt & Roffredus vbi supra.

24 Item præmitto,ꝙ actio quod metus causa potest exerceri tam contra eum qui metum intulit,q̃ contra tertium, ad quem rres deuenit: quia est actio in rrem scripta.tex.in.l.si cum exceptione.§.aliquando.&.§.Pedius.ff. isto tit. &

C in.l

in.l.metum.la.3.§. animaduertendum. eoti. & in.l.si vi vel metu. C.isto tit.& ibi.glo.verb.quo q;.& glo.vnica in.c.2.isto tit.& ibi Anto.de Butrio. n. 4.Speculat. in lib 4.par tic.1.d. ti. dè his quæ vi n.4.Faber in.d.§.quadrupli.instit.dè actio.n.2.& ibi Angel.n.1.Rofred.in.d.tract.ordi. iudiciar. 1. par.ti. dè actio. quodmet. caus.ante numerum primum.Maranta insua practi.ti. dè exceptio.n.34.l.30.ti.2.par.3.& ibi Montalb. & Molina de primoge. lib.2.c.3.n.12. & dèhoc latius in.c.fi.istius tractatus.

25 Item præmitto q; præstans causam metus non succurritur,per tex.in.l.si mulier.in prin.ff. isto tit.&ibi glo.verb.quia húc. alias allegationes adducit Ioan.dè Amicis in consil. 34. n. 5. ¶ quòd est intelligendum pro vt infra dico in. c.8.§.3.n.20.cum sequent.

26 Et quia nostra præsens materia est de inuoluntario per vim, & metum, necesse est scire quid sit inuoluntarium (de voluntario optimè tractat sanctus Bonauentura super.2. sentẽtiar. dist.41.in prin.n.5.& in secundo principali.q. 1.

27 n.36.(ad cujus examen præmittenda est intelligentia

gentia multarum dictionum, quæ sunt sinonomæ cum vi, & metu. ¶ Nam quod jus nostrum vocat vis. Philosophi appellant violentum simpliciter, & Theologi coactionem absolutam. & Doctores nostri vim præcissam. ¶ Et quod jus nostrum vocat metum. Philosophi vocát violentum mixtum, & Theologi coactionem códitionatam. & Doctores nostri vim códitionalem, & etiam metum. vt videre est in Rubri. hujus titul. & in. c. sacris. isto tit. & in Aristotel. lib. 3. Aethicor. c. 1. & in Magistro sentétiar. lib. 4. dist. 29. & ibi scribétes. & in Bal. in Rub. istius titul. n. 18. & in Mario Salemone in. l. 2. ff. de legib. versi. violétiæ. ¶ Hoc sic præmisso: est sciédum q iste terminus inuoluntarium est æquiuocus: quia comprehendit factum per violentiam, & factum p ignorantiam vt Aristotel. vbi suprà. & sanctus Ioan Damasce. lib. 2. orthodoxæ fidei c. 24. & Marius Salemon vbi suprà.

29 ¶ Involuntarium violentum (dè quo est nostra materia) est duplex: vnum simpliciter (idest) quod fit per vim præcissam. alterum est violétũ mixtum (idest) quod fit per vim códitionalem

C 2 (hoc

(hoc est permetum) vt prædicti tres Doctores
30 vbi supra proximè.¶Violentum simpliciter est
illud cujus principium foris est,in quo nihil (is
qui agit,aut patitur)confert:vt si ventus aliquo
tulerit,aut homines potestatem habentes.¶ Vi
olentum mixtum(idest metus,& vis conditio-
nata)est,quando maioris mali vitandi causa ali
quid fit:vt si Tyrannus quempiam aliquid age
re turpe juberet(habens in potestate,&parētes
& liberos)hac lege,vt si illud agat, illi sint in co
lumes,si non agat, dispereant. tale quid etiam
accidit,&circa jactus eos,qui in tempestatibus
fiunt,propter suam,cæterorum q; salutem. ita-
dicunt prædicti tres Doctores.& quasi omnia
31 supradicta dicit Angel.in.d.cōsil.215.n.2.¶Vnū
est notandum(quod dicit sanctus Bonauētura
in.d.l.2.sentētiar.inprin.41.dist.n.5.) ꝙ coactio
nunq̄ tollit rrationem voluntarij. Cujus verba
sunt:ad illud verò , quod obijcitur, ꝙ coactio
excludit rationem voluntarij:dicendum est , ꝙ
est verum vbi est coactio sufficiens,sed volūtas
nunq̄ cogitur coactione sufficiēti,ideo coactio
nunq̄ tollit rrationem voluntarij.idem tenet.S.
Tho.

Tho,trelatꝰ à Nauarro in manuali lati præ lud. 6.n.7.¶ Cætera dè inuoluntario per ignoratio-
32 nem omitto, quia non est nr̃a materia. Solum modo aduerto, ꝙ istam ignorãtiam dupliciter ponit Angel.in.d.cõsil.215.d.vbi videre poteris.

Vltimò,& pro cõplemẽto præmitto, ꝙ me-
33 tus est ita exosus, ꝙ etiã gentilibus fuit odiosus nam Cicero lib.1.offi.n.47.dicit:illis promissis stãdum nõ est, quæ coactus quis metu,aut deceptus dolo promisserit.¶ Et gẽtilis Prætor proposuit ædictũ dicens, quod metu gestũ est ratũ nõ habebo.vt habetur in.l.1.ff.isto titul.¶ Quã
34 vocẽ(aiũt Doctores xpiani tãTheologi q̃ juris professores) fuisse dei positã in ore prætoris.vt Rainer.de Pen. forti, quem rrefert,& sequitur Bal.in Rubri.dè Controuer. inuestit. in finalib. verbis.& Pirrus in.l.nihil cõsensui.ff. dè rregul. jur. inprin. & Hipolit. de Marsil. in pract.§.expedita.n.22.& Barbat.in cons.54.lib.1.n. & in cõsil.4.volu.4.n. & Sylua nuptial.lib.2 n.119.Cephal.in cõsil.295.volu.2. n.9. Couarru. in.4.decretal.2. p.c.3.§.4.n.1. Padilla in. l.interpositas.C.dè transactio.n.3.Rebuff.in commẽtar.2.tomo.intract.de rresciss.cõtrac.glo.12.n.1.

RECAPITVLATIONES CAPItuli primi.

REMISSIONES de materia vis præcissæ. 1.

Vis præcissa annullat factum ipso jure & non habetur in consideratione factum per eam. 2.

Ratio quare vis præcissa operatur dictum effectũ 3.

Sponsa de futuro stuprata àb alio per vim præcissã potest àb sponso repudiari. 4.

Sponsa de præsenti stuprata àb alio per vim præcissam potest àb spõso repudiari quò ad thorum. 5.

Fallit in casibus ibi positis. 6.

Stuprum per vim præcissam commissum in sponsam dè præsenti est justa causa vt Papa possit dispensare in matrimonio rato non consummato. 7.

CAPVT PRIMVM DE VI PRAEcissa.

1 IS ita præmissis deueniamus nũc ad primam partem nostræ Rubricæ, quæ est de vi simplici, hoc est dè

dè vi præcissa. De qua materia esset nobis disserendum per suas species, nisi satis abundèq; de eis haberetur in suis proprijs titulis vt suprà rretulimus.n.11.&.12.¶ Et quia dè eis benè tractat Ioannes Plotus in suo tractat. de in litem jurand.maximè in.§.3.vbi à.n.2. vsq; ad fin. tractat dè speciebus vis. ¶ Et etiàm Menochius satis abundè q; (ita ꝙ amplius desiderari nõ possit(in suo solemni tractatu dè possessione pertotum,ad quos me rremito.

2 Et vt aliquid (quod sit vtile) hic differamus, constituo rregulam vniuersalem : ꝙ omne factum,siuè contraDeum,siuè contrà Principem, siuè contra jus diuinum , siuè naturale , vel humanum (tam in foro Poli , q̃ in foro fori) per vim præcissam factum nihil operatur, ac si factum non esset,neq; tale factum habetur in cõsideratione. ¶ Et sic baptismus per vim præcissam susceptus non obligat ad obseruantiam fidei , neq; caracterem imprimit. ¶ Similiter q; & ordo sacer.¶ neq; thus offerens idolis tenebitur crimine hæreseos. ¶ Neq; vxor committit adulterium.¶ Neq; sponsa ꝑ vim cognita ab

ſponſo priuatur facultate ingrediendi monaſterium inuito ſponſo. ¶ Et ſic de omnibus alijs factis per vim præciſſam. ita probant jura expreſſa.in.c.de judeis.45.diſt.& in.c. præsbiteros 50.diſt.& in ſumma,32.q.5.& in c.ita ne.& in.c. de pudicitia& per totam eãdem q. æſtionem. & in.c.ſacris.iſtotit.& in.c.maiores §.item quæritur.dè baptis. & in. c. contra Chriſtianos. de hæreti.lib.6.& in.l.ſi vxor.§.ſiquis planè. ff. ad leg.jul.dè adulter.& in.l.vim paſſam.coti. & in. l.fœdiſsimam. C.de adulter.& in.l.32.ti.6.par.1. & Archidiaco.in.c.qui bona.17.q.1.n.13. &. 14. & Abb.in conſil.4. n.3. volu.1. quem refert & ſequitur Summa Armilla.verb.adulterium.n.5. & Tiraquel.in tract.de pœnis temperãd.cauſa. 36.n. 5. & Abb. qui alios refert in. c.2. dè conuers.conjug.n.fi.quem & Monal. ſequitur Armilla in verb.diuortiũ.n.6. ¶ Ratio hujus noſtræ concluſionis eſt duplex. ¶ Prima quia taliter coactus potius patitur, q̃ agit vt glo. d.c. ſacris.verb.per coactionem. & Archidia. d. n.13. & Abb.in.c. conſultationi.n. fi. deſponſalib. & Auguſti.de ciuitate dei.lib.1.c.16.&.18. ¶ Secũ-

da

da quia talis coactio naturaliter & omnino tol lit voluntarium. vt Sáctus Thomas in pri.2.q.6. arti.6. Augusti. in moralib.c.6. in fi. & Antonius dè Cordoua in suo quæstionario. lib.1.q.29. in. 2. opinione in rresponsione ad.3.

4 Fallit tamen primò nostra conclusio in casu satis notabili, videlicet in sponsa de futuro quæ fisit cognita àb alio per vim præcissam poterit àb sponso rrepudiari. tex. in. c. rraptor. junta glo.1.27.q.2. glo. in. c. quæmadmodũ inprin. dè jurejur. verb. oculos. in fi. quam ibi sequuntur communiter. dd. teste Couarru. in. 4. decretal. 2. p. c.5. inprin. n.2. & Nauarr. in manuali, lati. c. 22. n. 27. versi, nono. & tenet hanc opinionem Syluest. in sua sum. verb. sponsalia. n.10. versi. septimo. ¶ Et non est mirum q̃ ista puniatur sine culpa, cum tamen non puniatur sine causa vt. d. glo. verb. oculos. & ibi. dd. ¶ Et quia non debet compelli sponsus incurrere bigamiam. vt ibi dicit Hostien. verb. juramentũ.

5 Fallit secundò in spõsa dè præsenti siue cognita, siue non cognita à marito: quia poterit àb sponso rrepudiari quo ad thorum. ¶ Ratio in

qua fundor est; quia sponsus accedendo ad eã incurreret bigamiã per tex. in. c. qui in aliquo 51. dist. ubi: aut corruptá dum mariti: & nemo potest compelli ad bigamiam in currendam cum sit irregularitas, vt in. d. c. qui in aliquo. & in toto titul. de bigamis. Quam rationem ponit Hostien. vt supra proximè diximus in sponsa de uturo. & ita teneo licet. Abb. in. d. consil. 4. d. n. 3. & Couar. vbi supra proximè n. 3. teneat cõtra

6 riũ ¶ Et hác rreputo iustá causam vt Papa possit dispensare in matrimonio rato non consummato. ¶ tempero tamen istam meam opinionem in casu quo sponsa erat corrupta antè sponsalia, & sponsus cum hac qualitate eam sibi desponderat. & in casu quo sponsus aliud prius contraxerat matrimonium, quod consummauit; quia in quolibet istorum casuum contrahitur bigamia vt in. c. de vna. 26. dist. & in. c. cognoscamus. 34. dist. & in. c. de bigamis. & in. c. debitum. de bigam. & tali casu iam ipse contraxerat; seu erat dispositus contrahere bigamiam. & sic cessante ratione fundamentali mea cessabit dispositio, & in istis casibus poterunt

rũ intelligi & saluari Abb. & Couarruuias.

RECAPITVLATIONES CAPItuli secundi.

METVS diuersi modè infertur. aut à nullo, aut à lege, aut àb homine, aut àb alijs causis & occasionibus præter legem & hominem. 1.

Metus illatus à nullo quis sit? 2.

Metus illatus à nullo nihil operatur.

Condemnatus iustè ad mortem si ducat in vxorem meretricem, vt liberetur à morte non potest à tali matrimonio desilire. 3.

Metus illatus à lege nihil operatur. 4.

Stuprator ducens vxorem eam, quam stuprauit metu pœnæ capituli secundi de adulterijs non potest à tali matrimonio desilire. 5.

Metus illatus àb homine distinguitur. & n. 7. & 8.

Metus illatus ad aliquid faciendum vitiat rregulariter factum. 8.

Metus aliarum causarũ, & occasionũ an operetur? 9.

CAPVT SECVNDVM DE metu.

1 XPLICITA iam prima parte nostræ Rubricæ, quæ dè vi præcissa tractat: ad secundam partem (quæ dè metu hoc est de vi conditionali tractat) accedere necesse est: quam Deo duce magistraliter explicabimus ¶ Pro cujus explanatione sciendum est: q̄ aut metus infertur à nullo, aut infertur à lege, aut infertur àb homine, aut infertur àb alijs causis, & occasionibus præter legẽ, & hominem.

2 Metus illatus à nullo dicitur, qui non infertur àb aliquo ex alijs tribus suprà proximis: vt potè quãdo quis cogitatione mortis siuè in salute, siuè in infirmitate, vel volens nauigare, vel aliquod iter arripere timens naufragium, vel piratas, vel latrones, vel alia pericula facit aliquem contractum, vel votum, talia enim valẽt, & ex prætextu talis metus non infringentur.

ita Guiliel. Benedict. in Repetitio.c. Rainũtius. dè testa. par. pri. verb. testamentum el. 4.n.6. & Couarru.in.4.decretal.2.par.c.3.§.4.n.16.

3 Ex quo corollariè sequitur, q̃ siquis justè cõ demnatus ad mortem accipiat in vxorem meretricem aliquam vt à morte liberetur non poterit allegare, q̃ illud matrimonium contraxit metu mortis, eo quia à nullo fuit sibi illatus ille metus, & sic valebit, & tenebit matrimonium istud, ita tenet Couarru. vbi supra n 17.

4 Metus illatus à lege non rescindit neq; annullat factum ejus timore. tex.in.l.3. §. 1.ff. isto titul. Cujus verba sunt: sed vim accipimus atrocem, & eam, quæ aduersus. bonos mores fiat non eam, quam magistractus rrectè intulit, scilicet jure licito, & jure honoris qué sustinet. vbi glo. verb. jure licito. adducit alia jura. hanc conclusionem tenet expressè glo.1.in.l.dolo.C. dè inutilib. stipulatio. & Bal. in Rubri. istius tit. n.1. quem rrefert & sequitur Detius in.c. fi. de appellat.n.9.&.10. idem Bal.in.l.2. C. de his qui propter met. Iudi. non appel.n.1.& Paris de Puteo in tract. Syndicat. versi. ansi est facta com-

pesitio à principio vsq; ad n.5.folio mihi.in. & Socin.in consil.77.n.6.cum sequent.volu.1. & Roland.valle in consil.83.volu.2.n.18. cum sequent.& Ioseph. Anglcs in suis florib.p Theologicam questio.ti. de matrimonio.c.de cōsensu libero,& coacto.arti.2.conclusio.5. ¶ Exemplum habemus in.c.2.de adulter. & stupro. vbi disponitur, q̄ stuprans virginem aut eam ducat in vxorem, aut corporaliter castigatus, & excomunicatus detrudatur in monasterium ad agendam pœnitentiam. si aliquis stuprator timore hujus pœnæ ducat in vxorem, quam stuprauit, non poterit præ texto hujus metus.& timoris à tali matrimonio desilire. ¶ Alia exēpla poteris videre per Michaelem de Palatios in suo tractatu de contractibus lib.1. c.5. versi. itē qui facit jus.

6 Metus illatus àb homine distinguitur: aut non infertur ad celebrandum, seu faciendum aliquid. aut infertur ad faciendum seu celebrādum aliquid.. ¶ Primo casu talis metus nihil

7 operatur. vt puta.si metu mortis inferendæ à Tyrano, vel àb hostibus, seu latronibus vel àb alio

alio inimico à quo captus detinetur, quis faciat aliquem contractum, non potest ei, prætextu talis metus contrauenire. ita firmat Guiliel. Benedict. in c. Raynutius. d. verb. testamentum el 4. d. n. 69. ¶ Et comprobatur ex his quæ
8 infra dicemus de carcerato in c. 4. § 4. n. 11. ¶ In secundo casu regulariter metus si est justus, & injustè infertur viciat contractum. Seu quælibet alia gesta. vt in toto titul. ff. & C. isto tit. & in nostro titulo.

Metus aliarum causarum & occasionum si est justus etiam operatur vt infra dicemus in c. 7. vbi me remitto.

RECAPITVLATIONES. § 1.

METUS duplex est justus & leuis. 1.

Metus justus regulariter operatur, leuis non.

Metus justus quis dicatur cum numeris sequent. 2.

Vir constans quis dicatur.

Metus continens mortem, seu cruciatum corporis. nō cadit in arbitrium judicis.

Necesse est timore maximum terribilium.

Arbitrio cadit in his quæ non possunt sub regula cō prehendi propter varietatem.

PARAGRAPHVS PRIMVS.

quis metus sit necessarius?

1 

ISO iam quando metus illatus operetur videndum est, quis metus sit necessarius? Ad quod rrespondeo: q duplex est metus: Vnus qui dicitur justus, alter qui dicitur leuis. ¶ Metus justus rregulariter est sufficiens & operatur in omnibus & per omnia. ¶ Metus autem leuis rregulariter non operatur. tex. expres. probans vtramq; conclusionē in.l. metum la. 1. ff. isto ti. ¶ Fallentias vtriusq; rregulæ ponam infra in.c.8. pertotum.

2 Quis autem metus dicatur justus satis controuersum est: quia ipsa jura variè hoc ipsum disposuere. ¶ Ius ciuile variat interse: nam.d.l. metum, dicit non sufficere quemlibet timorē sed maioris calamitatis. ¶ L. metum la. 2. ff. eo ti. rrequirit metum cadentem in constantissimū hominem. ¶ Et super interpretatione harum dictionum (vir cōstans) non parum laboratur.

Nam

Nam thesaurus linguæ latinæ exponit cõstans, idest firmus concordando cum Aristotele lib. 7. æthicor. c. 7. qui asserit constantiam in resistendo consistere ¶ At Cicero in Tuscu. qq. lib. 4 n. 99. dicit hæc verba: Costantem enim quendam volumus sedatum, grauem, humana omnia præmentem, illum esse quem magnanimũ & fortem virum dicimus ¶ Sanctus verò Thomas in lib. 4. sentent. dist. 19. arti. 11. dicit: constans judicatur ex virtute, quæ est mensura in operibus humanis, & sic rrectam rrationem sequitur, per quam minus malum eligit, aut maius bonum. Hanc Sancti Thomæ interpretationem communiter (egquntur. dd. quos rrefert Lexicõ Theologicum in ver. metus. & alij quos rrefert, & sequitur Couarr. in. 4. decretal. 2 p. c. 3. §. 4. n. 2. ¶ Redeundo ad jurium varietatẽ. l. continet. §. 1. ff. isto titul. rrequirit metum mortis, aut verberum. ¶ l. interpositas. C. de transactio. & l. siquidem. C. de contrahend. stipulatio. rrequirunt metum continentem salutis periculum, vel corporis cruciatum.

3 Ius autem Regium Hispanniarũ in. l. 7. ti. 33.

E par. 7.

par. 7. dicit hæc verba: metus *En latin tanto quiere dezir en rromance como miedo de muerte, ò de tormento de cuerpo, ò de partimiento de miembro, ò de perder libertad, ò las otras cosas porque se podria amparar, ò desonrra para quedar enfamado. E tal miedo como este, ò de otro semejante fablan las leyes deste nuestro libro quando dizen: que pleyto, o postura que ome faze por miedo no deue valer. Ca por tal miedo no solamente se mueuen à prometer, o fazer algunas cosas los omes q̃ son flacos mas aun los fuertes.*

4 Ius verò Canonicum etiam variauit: nam videmus in c. 1. istius tituli q. nihil aliud interuenit, q̃ euaginatio gladij. ¶ In c. 2. istius tituli dicitur sufficiens metus amisśionis bonorum. ¶ In. c. 3. istius tituli dicitur sufficere terrorem laicorum. ¶ In. c. ad audientiam istius titul. dicitur sufficiens metus ille, qui cadit inconstantem virum. & istum metum cadentem incostátem virum exponit tex. in c. cũ dilectus istius titul. esse metum mortis, aut cruciatus corporis.

5 Resolutio istius varietatis habetur in l. metus

tus. ff. ex quib. caus. maio. quæ disponit hujus trei judicis disquisitionem esse: hoc est q. rrelinquitur judicis arbitrio ¶ Et sic vtriusq; classis doctores hanc dispositionem amplexi sunt. glo. in. d. c. cum dilectus. verb. metum mortis. glo. 4. in. d. l. interpositas. Calderi. in consil. 1. istius titul. n. 2. Bal. in Rub. istius titul. n. 8. Lucas depen. in. l. vnica. C. dè mendi. valid. n. 7. Socin. jun. in consil. 78. volu. 2. n. 45. & alij dd. quos rrefferunt, & sequuntur Xuarez in allegatio. 23. n. 6. & Couarru. in. 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 4. n. 8. &. §. 6. n. 7. & Padilla in. d. l. interpositas. C. dè transactio. n. 13. & Caballi. in suis mille loqui. 2. par. c. 786. Euerard. in consil. 191 n. 30. & Menochius in tract. dè arbitrar. jud. lib. 2. Centur. 2. casu. 135. n. 3. Mantica in tractat. dè conjectur. vltim. volunta. lib. 2. titul. 7. n. 6. Rebuff.
6 in commentar. 2. tom. in tract. dè rrescis. contract. glo. 12. n. 3. ¶ Fallit vbi interuenit metus mortis, aut cruciatus corporis, quia si hoc constat non cadit arbitrium: quia necesse est timere maximum terribilium. Arbitria enim data sunt in his quæ non possunt sub

 rregula

rregula comprehendi propter varietatem humanam, & eleganter notatur in l. non possunt ff. de legib. ita dicit Bal. in c. 2. isto tit. quem rrefert & sequitur Euerard. vbi supra. n. 31.

RECAPITVLATIONES.

§. 2.

IVDEX in arbitrando metum an habeat arbitrium liberum vel rregulatum. n. 1. & 3.

Arbitrium duplex est: rregulatum, & liberum. 2.

Arbitrium in metu non erat conueniens quod esset liberum. 4.

Iuditium quando stat sub in certo, neq; partes, neq; aduocati vnq̃ scirent, quae esset bona, vel mala causa.

§. 2. DE IVDICIS ARBITRIO IN causa metus.

1 VISO iam q. judicis arbitrio rrelinquitur quis metus sit justus, expediendum nobis est, an judex habeat in hoc arbitriũ

2 liberum, vel rregulatum? ¶ Pro cujus decisione est

est sciendum q duplex est arbitrium judicis; vnum rregulatum, alterum liberum. Distinguitur vnum ab altero isto modo: quãdo aliquid committitur arbitrio judicis simpliciter, tunc arbitrium ejus debet esse rregulatum. Quando verò committitur judicis arbitrio cum hac dictione liberè, seu cum alia dictione libertatem significante, tunc tale arbitrium est liberum. dè qua materia nouissimè Menochius in suo tracta. dè arbit. judi. lib. 1. q. 6. cum trib. sequent. mirificè disseruit, ad quem me rremitto, ne eũ hic trãscribam: quia ab omnibus haberi debet.

3 ¶ Sed in nostro casu judicis arbitrio simpliciter cõmititur. vt patet in. d. l. metus. ff. ex quib. caus. maio. & ex dicta communi opinione. ergo arbitrium judicis debet in hac causa metus esse rregulatum. & arbitrium rregulatũ debet rregulari à jure, & rratione, & non à capite. vt traddit Menoch. dè arbitrar. lib. 1. q. 13. & cõsil. 42. n. 20. & Redin dè magest. prin. versi, omnibꝰ æquũ. n. 10. quos rrefert & sequitur Segura dè Aualos in director. judi. eclesiast. 2. p. cap. 10. n. fi.

4 ¶ Neq; erat conueniens, q committeretur ar-

bitrio libero, quia judicium esset sub incerto: ná vnus judex posset esse mihi faborabilis, & judex alterius instátiæ aduersario meo, vel vnus haberet vnam opinionem, & alter alteram. Et sic neq; partes, neq; aduocati vnq̃ scirent an fouerent bonam, vel malã causam ita dicit Syluannup. lib. 5. n. 74.

RECAPITVLATIONES. §. 3.

QVO modo judex debet arbitrari in causa meatus n. 1. cum sequentibus vsq; ad finem.

Iudex quomodo debeat arbitrari in omnibus causis suo arbitrio rregulato commissis. 2.

§. 3. QVOMODO IVDEX DEbeat arbitrari.



1 VISO iam q; judicis arbitrio rregulato committitur, quis metus sit iustus. Expedit nũc scire quomodo judex debeat
2 arbitrari. ¶ Et genericè quando aliquid judicis arbitrio rregulato committitur, quomodo debeat arbitrari

ri traddit optimè Lucas dè penna in.l. vnica. C.dè mend. validis. n. 7. versi. sed qualiter.& Menochius in d.suo tracta.dè arbitrar.jud. lib. 1. quæs. 14. quorum doctrinas hic non rrefero, quia habemus tradditiones in spetie nostra.¶
3 Gaspar Calderi.in consil.1.istius titul.n.2.dicit. ꝙ metus judicatur justus èx circunstantijs. vt non solum qui continet crutiatum corporis, sed etiam qui continet verba comminatoria (maximè mortis) justus judicatur. vnde consideratis persona metum inferentis, & persona cui infertur, vt secundum has circunstantias, & alias arbitretur, an metus sit justus vel non. Hanc doctrinam tenent multi. dd. quos rrefert & sequitur Menochius.d.tact.lib.3. Centu. 2.casu.135.n.4.& tenet Mantica in tract.dè conject.vlti.volun.lib.2.ti.7.n.6.in fine¶ Baldus verò in.c.1.istius titul.n.8.in medio dicit:ꝙ judex in causa metus debet arbitrari, vt ejus arbitrium conueniat naturalibus, quia est juditium rrationis. Quæ conclusio supradictam cõprehendit. ¶Nauarrus autem in suo manuali latino.c.22.n.51.versi.4. latius loquutus est dicẽdo:

Prudens autem arbitrabitur, supponendo primò quod ex objecto ipso solo sine alijs circũstantijs, deindè cõsiderando in alio genere metus non solum malum ipsum objectũ, sed etiã circunstantias fortitudinis, vel fragilitatis, vel paruitatis animi, aliorumq; accidentium metũ passi ita q; ejusdem mali objecti metum in alio judicabit justum, in alio vanum. ¶ Franciscus Sarmiẽto in lib. 2. selecta. c. 11. n. 8. & 10. facit notabilem distinctionem dicendo: q; aut agitur contrà eum qui metum intulit, vel participem, & tunc arbitrabitur esse metum justum quem libet metum leuem, neq; rrequiri q; sit cadens in constantem virum. Aut agitur contra tertiũ, & q; tunc rrequiritur metus cadens in constantẽ virũ. & q; sic debẽt intelligi jura (et ibi apponit causas matrimoniales, & rreligionis inter causas tertij, eo quia deus & ecclesia læditur) Et q; si dubitetur an metus sit talis, qui cadere possit in constantẽ virum, vel non, potius sit fauẽdum rrepetitioni, q̃ aduentitio lucro.

7 At ego (volens materiam hanc magistraliter & omnibus numeris absoluere (diço: q; judex

debet

debet considerare sequentia. Primum personã metum inferentem. Secundum personam metum passam. Tertium actus ex quibus metus dicitur causatus. Quartum alias circunstantias. Quorum quælibet exigit vnum paragraphũ, ideò insequentibus. §. §. omnia plenè examinantur.

RECAPITVLATIONES. §. 4.

PERSONA potens minas exequi inducit iustum metum, & quæ sint istæ personæ. 1.

Prouerbium probat. 2.

Persona solita minas exequi inducit iustum metum. 3.

Quo modo probetur quod quis sit solitus minas exequi. 4.

Homo pestilentiosus inducit iustum metum. 5.

§. QVARTVS DE PERSONA MINANTIS.

I DEBET

1 EBET cōsidetare an persona sit talis q. probabiliter posśit minas exequi (loquor dè persona priuata nullā habēte jurisditionem) nam tunc dicitur metus justus. l. 3. §. si legatarius. ff. si plus q̄ per legem falcid. ibi: vel sperat. & ibi glo. d. verb. sperat. & glo. in. l. metū. C. isto tit. verb. jactationibus. & ibi Bar. n. 1. & Alberi. n.   .qui allegat Guidonem. & Albericum, & Guidonem sequutus est Thomas Grammati. in decisio. 5. n. 4. & 16. tenet & Calde. in consil. 1. istius titul. n. 2. & Bellame. in consil.   .quem sequitur Craueta in consil. 49. n. 1. volu. 1. quos rreffert, & sequitur Meno. in tract. dè arbitrar. judi. lib. 2. Cētur. 2. cafu. 136. n. fi. ¶ Et quæ sint istæ personæ potentes àd exequendum minas vltrà tertios extraneos dicemus, infr. dè metu rreuerētiali ¶ Ego autē judico quem libet esse timendum. vt patet in emblemate Altiati, quod se habet: à minimis quoq; timendum. & in Symbolo. 163. Luduuici Viues in suo Satillitio. vbi dicit: Nullus est tam com-

comtemptibilis, qui non & pro desse, & (quod facilius est) nocere possit: ideò nemo contemnendus. ¶ Comprobatur authoritate prouerbij: Scarabeus Aquilam quærit, quod adducit Erasmus in suis chiliadibus ¶ Et facit, quod tradit Strabo lib. 14 vbi rrefert Herostratum virum ignauum, & abiectum manu propria struxisse incendium nobilissimæ fabricæ templi Aephesianæ Dianæ voto adipicendæ famæ, sicut ipse posteà confessus est. ¶ Et facit, quod traddit Titus Liuius lib. 1. suæ Historiæ dè Bruto qui Tarquinnium Regem à Regno expulit. ¶ Et quod ipse Liuius lib. 2. traddit dè Mutio Scæuola: qui Regem Porsenam in suo tētorio intra suum exercitum aggressus fuit àd occidēdum ¶ Et dè Coroliano quodam priuato misso in exilium à Roma, qui in eam animos Voloscorum incēdit, & cum exercitu eorum eam de populaturus circūdedit. à quo facto nullo modo flecti potuit, nisi à matre, & vxore, ac liberis, postq̄ legatos Romanos supèr pace àb copetenda, ac ipsos Sacerdotes, & deos spreuerat. ¶ Et facit etiam, quod ipse Liuius lib. 21. traddit

de Tago cujusdã Hispani famulo, qui videns dominum suspendi de mandato Hasdrubalis, ipsum Hasdrubalem aggressus in medio exercitus sui occidit. Possem & alia multa hic rreferre, quæ fastidij causa omitto. ¶ & prouerbiũ
2 probat, ac si esset lex: quia est rre Sprobata tex. in.c.& si judeos. de judeis. & ibi Hostiensis in. verb. juxtà vulgare prouerbiũ.& ibi alij Doctores. & Doctores in. l.1. ff. si certum petat. & Cephal. in consilio.82. volu.1.n.33. ¶ Et prouerbio vsus est dominus noster Iesus Christus apud Ioan.c.11. vbi rrespondit discipulis suis dicendo: non ne duodecim sunt horæ diei? Vbi Nicolaus de Lyra dicit: q̃ illud erat prouerbiũ apud judeos, & adhuc est apud nos, q̃ loquẽdo de mutatione propositi dicitur, nonne duodecim sunt horæ diei? & q̃ ideò saluator vsus est tali modo loquendi.

3 Item debet judex considerare an persona minans sit solita sæuire, & minas exequi? quia talis persona inducit justum metum. tex. in. l.3. ff. ex quib. caus. maio. Bar. in. l. metum. C. isto-tit. n. 1. & Ancharrán. in consil. 299. n. 1. & alij multi.

multi.dd.quos allegat Andreas geil in suis practicis obseruatio.lib.2.obseruatio.93.n.8.& Angel.in cōsil.215.n.1.& 4.& Thomas Gram.in.d. decisio.5.n.3.& Roland. valle in consil.83. volu.2.n.32.licet vt dixi quilibet minans sit justè timendus.

4 ¶ Et quomodo probetur q. quis sit solitus minas exequi traddit Bar.in.l.dè pupillo. §. siquis ipsi prætori.ff.dè oper. noui nunt.n.14. cū sequent. quem rrefert & sequit Bal.in.c.si. dè appellatio.n.si.& ibi Philip. Francus. n.5. cum sequentibus.quem vide:quia optimè loquitur. & sequitur Paul.dè Castro in.l. metum. C. isto titul.n.1.& Ancharran.in consil.382.n. 12. traddit & ipse Bar.in.l.penult.C.isto titulo.

5 Item homo pestilentiosus inducit justum metum.vt Bart.in.d.l.3.ff.ex quib.caus. ma.n.1. idem in.d.l.metum.n.1.

RECAPITVLATIONES. §. 5.

PERSONA metum passa consideranda est vt qualitas metus ponderetur. 1.

Quælibet dispositio intelligenda est secundum conditionem personæ ad quam dirigitur.

 Aliqui

Aliqui sunt à natura timidiores. 2.
Aliqui sunt præter modum timidi. 3.
Aliqui præter modum timidi rrecensentur. 4.
Timidus, formidolosus, pusillanimis quis dicatur? 5.
Puer facilius terretur q̃ vir. 6.
Tenera ætas facilius terretur.
Aetas quomodo probetur. 7.
Probatio ad perpetuam rrei memoriam in ætatis probatione operatur, & valet.
Fœmina facilius terretur q̃ masculus. 8.
Ligatus, vel aliter impeditus facilius terretur, q̃ positus in libertate corporis, & menbrorum. 9.
Infirmus facilius terretur, q̃ validus. 10.
Senex facilius terretur, q̃ iuuenis. 11.
Senectus ipsa morbus est.
Statutum loquens de infirmo habet locum in sene.
Senes qui dicantur.
Fragilis quacumq; de causa, & accidenti facilius terretur. 12.
Rusticus leui metu terretur. 13.
Qui alteri debet rreuerentiam leui ori metu terretur. 14.

§. 5. DE

§. 5. DE PERSONA METVM PASSA.

1 IRCA personam metum passam judex considerare debet, q; si persona est cõstantissima metus debet esse talis, qui cadat in constantissimum virum. Si est cõstans tantum, debet esse talis, qui cadat in constantem virum vt Gaspar Caballinus in suis mille loquijs. 2. par. millelo. 786. Rebuff. in commentar. 2. tomo in tract. de rescisio. contract. glo. 12. ¶ Si est talis q; ex leui metu terrebitur (licet non cadat inconstantem virum) debet in ea judicari (justus metus) metus leuis: quia eadem est ratio. argu. l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu, & habitatio. vbi disponitur q; quælibet dispositio debet intellegi secundũ conditionem personæ ad quam dirigitur. per quam legem firmat Detius hanc conclusionẽ in. c. fi. de appellatio. n. 1. idem in. l. in omnibus causis. ff. de rregul. jur. n. 2. & 3. & vtrobiq; respondet

pondet ad fundaméta contraria.hácDetij opinionem in fpetie tenet Cagnolus in.d.l. in omnibus caufis.n.5. &.6. vtrumq; rrefert & fequitur Ioan. Plotus intractat; dè in litem jurand. §.3.n.16. Detium etiam fequitur Purpuratus in confil 579.n.7.& Imola in.c.cum dilectus,iftotit.n.8.& Augufti.Beroi in.c.1.dè off.delegat.n. 20.& Bofsius in fuis varijs tracta. tit.dè plurib. violent. n.80. & Caballi. in.d. milleloq. 786.& Rebuffus in.d.n.2. & in praxi beneffici. tit. de rrefignat. metu extorta. n. 11. tenet Alphon. à vera Cruce in fuo fpeculo conjugio.par .pri.arti.8.n.8.cum feq.& Meno.d. tract. dè arbitrar. judi.lib.2.Cētur.2.cafu.135.n.5.& hoc eft,quod fenfit Gafpar Calderinus (quem fuprà rretuli in prin.hujus capitis.n.3.)dicendo:ꝙ metus cōfiderata perfona cui infertur confiderabitur juftus , & quòd fenfit Bal. (quem fupra rretuli in principio hujus cap.n.4.)dicendo:judicis arbitrium debere conuenire naturalibus:quià eft juditium rrationis. Et quod fenfit Nauarrus (quem fuprà rretuliinprincipio hujus capitis. n.5.)dicendo; debere confiderari circunftācias forti-

fortitudinis, vel fragilitatis, non solum sexus, sed etiam ætatis, innatæ magnitudinis, vel paruitatis animi. & sentit Riminal. in d.l. interpositas. C. de transactio. n. 3. vbi dicit: metus debet esse talis, qui cadat in constantem virum: habita tamen cõsideratione personarum qualitatis.



2 ¶ Sunt enim aliqui à natura timidiores tex, expres. in l. vnius facinoris. ff. de questionibus. vbi dicit textus ꝙ vnius facinoris plurimi rei, ita sunt audiendi, vt àb eo incipiatur qui timidior
3 est. ¶ sunt, & alij præter modum timidi, vt dicit tex. in l. 1. ff. de ædelit. edict. in finalibus verbis. ibi: etiam in his qui præter modum timidi &c. &. alij perq̃ timidi, tex in l. quæ sub conditione ff. de condi. institu. ibi: alij perq̃ timidi. Quod comprobatur prouerbijs adductis per Erasmũ in suis chiliadibus: vmbrã suam metuere. metũ
4 inanem metuisti. ¶ Et aliquos præter modum timidos trecenset Rabisius textor in sua officina cap. timidi, & meticulosi. vbi refert fuisse quendam Archilochum, qui scripsit: satius esse clipeum abijcere, q̃ interire. Et quendã Theagenem adeò superstitiosè timidum vt domi

haberet Hecates simulacrum, neq; vsq̃ pedẽ mouerit illo in cõsulto. Et Artemonẽ apud græcos ita metu fractum, & stupidum vt diù intra-domus septa se continuerit duobus seruis scutum æreum suprà caput ejus sustinentibus, nequid noxium supernè excideret, si quãdo autẽ tecto egredi cogebatur lectica tecto adoperta gestabatur. Et Pisandrum quendam, qui timebat necubi animæ suæ occurreret, à qua viuus esset destitutus. Et Dionisium quẽdam, ita formi dolosum vt cultros metuens tonsorios candenti carbone sibi adureret capilos. dè quo etiã meminit Cicerò lib. 2. offitior. n. 33. Et Aristogitonem Atheniensem si cophantam, qui martem habebat in lingua, & semper loquebatur dè bellis, vt propterea bellicosus appareret, cũ rre ipsa foret meticulosus, proindè cum die quadam intellexisset exercitũ parari, & conuocari milites, simulata valetudine crus ligauit, & baculo in nixus in publicum se protulit claudicare simulans. Et quẽdam Plutum omnia formidantem. Et quendam Demosthenem pro ignauo & maximè timido accusatum esse,

q; in

q in propria causa dicturus prius aufugerit, q̃ deueniret in judicium. Et Tauream Campanũ
1 verbis q̃ rre ferotiorem, qui Claudium Assellũ militem Romanum superbis comminationibus àd duellum prouocauerit vltrò, vbi autem ventum est àd conflictum rrepentè concitato equo fugam arripuit, & auffugit Capuam. Et Vatienum, qui sinistræ manus digistitos sibi amputauit, ne bello Italico militaret. Que omnia libuit hic rrefferre, quia àb omnibus non habetur, & vt sciant tam judices, q̃ aduocati quomodo segerere debent circà hanc materiã.
5 ¶ Et timidus dicitur qui metuit, quæ non conuenit, nec quando, nec quomodo: vt traddit Aristot. lib. 2. æthicor. & formidolosus est, qui ea timet, quæ nõ sunt timenda. tex. in. l. scimus. C. dè jure deliberand. versi. ex omnibus. & in. §. sed quia quidam. ibi. formidolosis: pusillanimitas est vitium oppositum virtuti fortidinis vt philoso. 3. æthi. fortis terribilia mortis nõ timet, sed agreditur propter bonum virtutis: sed pusillanimis mortem timet, & fugit vbi, & quando non oportet. vnde timere mortem

G 2 (prop-

(propter quam bonum virtutis assequimur) èx pusillanimitate procedit. vndè Ecclesiastici. c. 7. nolli esse pusillanimis in animo tuo. & Aesayæ. 35. discite pusillanimes, confortamini, & nollite timere. ita dicit Ioan. à Turre cremata in. c. vbi cumq; verb. èx pusillanimitate. 13. quæ. 2. n. 1.
6 ¶ Et magis ad speciem accedédo minor metus sufficit in puero, q̃ in viro, quod docet experiẽtia teste Menochio in. d. tract. dè arbitrar. judi. lib. 2. Centur. 2. casu. 135. n. 5. & istud patet èx Baldo vbi suprà in prin. hujus capitis. n. 4. dum dicit ꝙ arbitrium debet cõuenire naturalibus, quia est juditium rrationis. Et èx Nauarro vbi suprà inprincipio hujus capitis. n. 5. dum dicit: considerandam circunstantiam ætatis, & hoc dè tenera ætate ponderauit Xuarez in allegatione. 24. n. 5. infine ¶ Prò quibus est textus (à nullo ponderatus) in. d. l. vnius facinoris. ff. dè questio. ibi: vel teneræ ætatis. qui textus dicit: ꝙ in tormentis incipiatur, àb eo qui teneræ ætatis videtur. Quæ nam ergo rratio potuit mouere jurisconsultum? Nisi ꝙ qui est teneræ ætatis est timidior ¶ Quæ ætas non solum proba-

probabitur aspectu judicis secundum tex.in.l. minor.25. annis adito præside ex aspectu.ff. dè minoribus.sed etiam alijs modis dè quibus per Ioan.Campegium in tract.dè testibus. rregula. 363.quæ incipit: Quomodo & qualiter probabitur ætas alicujus, & per Mauritium in tract. dè rresti.in integrũ.à cap.316.vsq; ad.325. Et no uissimè per Caldas Pereirã in.l. si curatorẽ habens.C. dè in integ. rrestit.minor. super verb. minoribus n.12.cum mult.sequentibus dè quo Menochius intract.dè arbitrar.judicum. lib.2. centur.2.cap.117.pertotum,& melius q̃ omnes Mandosius in Regul.cancel. Reg. 18.quæs.prima cum nouem sequentibus. àd quos me rremitto ne eos hic transcribam ❡ Solum vnum aduertendum puto; scilicet: ꝙ testes super ætate possunt examinari ad perpetuam rrei memoriam,& facient fidem, & habebit effectum talis probatio quo ad omnes, & in omnibus & peromnia.glo.2.in.l.2.ff.dè ferijs verb. ætas,& ibi.dd.& Bar.in.l.dè ætate.ff. dè minor. n.2.&.3.Et Bal. in. l.cum te.n.1.versi. quando-
8 q; C.dè probatio. ❡ Item minor metus sufficit

 in for-

in fœminaq̃ in masculo rratione sexus, vt tenet glo. prima in. c. cum locum. dè sponsalib. quam dicit menti tenendam ibi Abb. n. 6. vbi rrefert alios eam sequentes. idem Abb. in. c. cum dilectus. istoti. n. 8; vbi etiam antè eum id tenuit Anto. dè Bur. n. 15. Et Zabarel. n. 3. versi. secũdò oppono. idem Abb. in consil. 4. par. 1. n. 4. & sequitur Detius vbi suprà eum retulimus in prin. hujus. §. & Gaspar Calderi. in consil. 1. isto ti. n. 3. & Hypolit. dè Marsil. in rrubri. C. dè probatio. n. 190. Et Riminal. in. l. interpositas. C. dè transactio. n. 3. àd mediũ. & Brunnus in cõsil. 82. n. 9. volu. 1. & Tiraquel. de legib. Connubial. l. 9. n. 160. & alij. dd. quos rrefert, & sequitur Couarr. in. 4. decretal. 2. p. c. 3. §. 4. n. 9. & Caballi. in. d. mille loquio, 786. & Rebuff. in commentar. 2. tomo in tract. dè rrescisio. contract. glo. 12. n. 2. & Mãtica in tracta. dè conjecturata mente defuncti lib. 2. tit. 7. n. 7. & iste casus comprehenditur à Calderi. & à Baldo. & à Nauarro vbi suprà cos rretuli in principio hujus capituli. n. 3. 4. 5. & dicit teneri communiter Andreas Geil. d. pract. obseruatione. 93. d. n. 2. lib. 2. & facit. c. quamuis. de sent.

dè sent.excomu.vbi excusatur fragilitas sexus.

9 ¶Itē minor metus sufficit in ligato, vel aliter impedito, q̃ in soluto, & posito in libertate corporis, & menbrorum. Qui casus comprehēditur à Calderino, & Baldo, & Nauarro vbi suprà inprincipio hujus capitis.n.3.& 4.&.5.¶Facit.l. sucurritur, cum.l.sequēti.ff.exquib.caus.maior. &.l.fi.ti.8.par.7.vbi excusantur ligati. Et facit. d.c. quamuis. dè sent. excomu. vbi excusatur quælibet corporis impotentia.

10 ¶ Item minor metus sufficit in infirmo, q̃ in valido.qui casus comprehenditur à Calderino, & Baldo, & Nauarro vbi suprà eum rretulli in principio hujus capitis. n.3.&.4.&.5. à Calderi. in quantum dicit circunstantias; & personam metum passam.à Baldo in quantum dicit: q̄ conueniat naturalibus, & q̄ est juditium rrationis.& à Nauarro in quantum dicit : circunstantias fragilitatis, aliorum q; accidentium me tum passi. ¶ Et confirmatur decissione suprà proximi casus. quia in firmus est impeditus, ligatus, & detētus in in firmitate. ¶ Confirmatur quia esse in infirmitate æquiparatur existēti

 in

in vinculis vt patet in. c.quamuis. dè procuratorib.lib.6.ibi:vel ægritudine,aut vinculis.¶ Et facit.d.l.fi.d.ti.8. par.7.&.d.c.quamuis.dè sent. exco.vbi excusatur. infirmus. & expressè tenet Mãtica insuo tracta,dè conjectur. vltimar. volunt.lib.2.c.7.n.4.

11 ¶ Itẽ minor metus sufficit in seneq̃ in iuuene.& iste casus comprehenditur àCalderino,& Baldo,& Nauarro vbi suprà. ¶ Et confirmatur decisione superioris casus: quia si in infirmo, & in sene:cum senectus ipsa morbus sit vt Terentius asserit in Phormione actu.4. Scen.1. dicendo me detinuit morbus.D.vnde,aut qui.C. rrogas? Senectus ipsa morbus est. quem sequitur Abb. (licet non designet locum) in.c.magnæ.dè voto.n.8.¶ Vbi infert q̃.statutũ loquens in causa infirmitatis habet locum in causa senectutis.¶Et.d.c.quamuis.dèsent.excomu.vbi excusatur senex sicut infirmus. ¶ Et qui dicantur senes relinquitur arbitrio judicis teste Iusto Reubero in tract dè testib. 2. p. n.217.licet Accursius in , d.l. inuiti. verb. senex.velit,q̃ sit ejusdem ætatis qua possit se excusare à tutella

dè qua

dè qua ætate habetur in.l.vnica.C. qui ætate se excusauere.dè quoMenochius in tract.dè arbitrar.judi.lib.2. Centur.1.cap.59. pèr totum quę videte.

12 ¶Item minor metus sufficit in fragili ex qua cumq; causa,& accidéti veluti in claudo,& mã co,& in alijs mutilatis, vel in alijs accidẽtibus. Et iste casus comprehenditur à Calderino,Baldo &Nauarro vbi suprà eos rretulimns inprincipio hujus capitis.n.3.&.4.&.5.Quia hoc conuenit naturalibus, & est juditium rrationis, & est circunstanstãtia fragilitatis,Seualiorum accidentiũ. ¶ Et facit. d.l.fi.ti.8. par.7.ibi·èslacos. ¶ Et facit,quia quod dè sene dicitur, id &, dè valetudinario vt patet in.d.l.minuitur la.1.ff.dè testibus. & ita arguit Iustus. Reuber. vbi supra.n. 118.& facit.d.c.quamuis. dè sent. excõmu. ¶ Et qui dicãtur valetudinarij,& fragiles. Menochi. latè vbi suprà cap.60.pertotum.

13 ¶Item in rrustico leuis metus sufficit,vt testatur Franciscus Marcus in decisio: Delphin. Parlament.2.p.decisio.377.n.3.

14 ¶ Item cõsiderabit an sit persona quæ debeat

H alteri

alteri rreuerentiam: quia leui metu terrebitur àb illo. dè quo latisſimè dicemus infra in. 4. capite pèrtotum.

RECAPITVLATIONES. §. 6.

PROBABILIS dubitatio offenſionis cauſat juſtum metum. 1.

Etiam ſi non juſtè timeatur. 2.

Et etiam ſi effectus non ſit ſequutus. 3.

Neq; eſt neceſſe expectare principium offenſionis. 4.

Euaginatio gladij cauſat juſtum metum. 5.

Etiam ſi non expectetur percutio. 6.

Viſus armorum cauſat juſtum metum. 7.

Etiam ſi habentes ea non vtantur eis & ea deponantur.

Si tamen arma àd illum effectum ſint parata.

Crutiatus corporis inducit juſtum metum. 8.

Amiſsio menbri inducit juſtum metum. 9.

Membrum quod dicatur?

Digitus anſit membrum?

Barba anſit menbrum?

Mam

Mammilla an ſit membrum?
Deus an ſit membrum?
Locus non tutus inducit iuſtum metũ. 10.
Et quando ſufficiat ſaluus conductus.
Carcer an inducat juſtũ metum? 11.
Index in juſtè carcerans inducit juſtum metum.
Carceratus quis dicatur?
Excomunicatio an inducat iuſtum metum? 12.
Inimicitia hominis potentis inducit iuſtum metum. 13.
Vel quòd aduerſarius habeat potentes aduocatos.
Amiſsio bonorum omnium in ducit juſtum metum. 14.
Et etiam ſola maior pars bonorum. 15.
Et amiſsio inſtrumentorum omniũ bonorũ, vel maioris partis.
Timor lucri amittendi inducit juſtum metũ 16.
Eſſe in poteſtate hoſtium inducit juſtum metum 17.
Fallit quo ad contractus ſuperò libertate ſua.
Iuſſus judicis inducit juſtum metum. 18.
Præceptum domini vel cujuslibet ſuperioris in ducit juſtum metum. 19.
Iuſſus principis inducit juſtum metum. 20.

Vultus terribilis, & iratus cujuslibet superioris inducit justum metum. 21.

Vociferatio superioris inducit justum metum. 22.

Præces cujus libet superioris an inducat justum metum? 23.

Vbi dè precibus mariti, & domini.

Importunitas inducit justum metum. 24.

Chathenæ inducunt justam metum. 25.

Famæ, seu honoris ammissio inducit justum metum. 26.

Verecundia inducit justum metum. 27.

De nudatio in viro honesto inducit justum metum. 28.

Idem in muliere. 29.

Locus pestis inducit justum metum. 30.

Metus status causat justum metum. 31.

Metus amissionis offitiorum tabellionatus, & aliorum offitiorum est justus. 32.

Metus perjurij est justus. 33.

Vassallo alterum rrecognoscere in ducit justum metum. 34.

Incendium alterius domus inducit justum metum. 35.

Vis

Vis ventorum inducit justum metum. 36.

Periculum suarum mertium inducit justum metum. 37.

Statum inducit justum metum. 38.

Minæ inducunt justum metum. 39.

Minæ inducunt præsumtionem contràminantem si factum est sequitum.

Minæ illatæ vxori permaritum ante testamentum inficiunt ipsum testamentum.

Minæ offitialum inducunt justum metum.

Minæ quæ sint sufficientes àd inducendum metum rrelinquitur arbitrio judicis.

Terror inducit justum metum. 40.

Metus illatus in vno cõtractu inducit justum metũ quo àd alium. 41.

Metus nequis ducatur àd judicem ansit justus? 42.

Metus an justus sit timor litis mouendæ, vel sibi vel pereum?

§. 6. DE ACTIBVS INDVCENTIbus metum justum.



1 RIMO sufficit probabiliter dubitare de offensione. tex. in.l.si quis fumo. §. quod dicitur.ff. ad leg. Aquiliã.tex.in.l.habitatores. §.iterũ.ff. locati. & ibi glo. verb.verè.& ibi communiter scribentes super ea.tex.in.l.hac stipulatione, ff.dè damno infect. tex.in.l. interpositas. C. de transactio.Inno.in.c.si uerò. dè senté. excommuni.n.2.supèr.verb.inferentem. Bal.in cons. 364. volu.3.n.5.Angel.in.§.jus gentium.instit. dè jurenatu. n.9. Areti. in consil.14. n.18. Thomas. Gram.decisio.5.n.5.& in decisio.18.n.16. Sylua nupital. lib. 2. n. 119. Alexand. dè Neuo. in consil. 12. n.5. cum seq. Brunus in consil. 82. n.5.volu.1. Burgos dè Paz in consil.25.n.fi. Rebuffus in commentur.2.tomo in tract. dè rrescis, contract. glo.12.n.2. ¶ Et àd propositum multa exempla congerit Hypolit.dè Marsil.in. l.1.ff.25.cum sequenti.& in.l.pe.ff.dè questio.n. 15.cum sequent.idem Hypolit.in sino.325. pro. & in practica.§.diligenter.n.42.& Carrerius in

sua

sua pratica.ti.dè homicidio.§.circa tertiu.pèrto
2 tū.¶ quod primò ampliatur etiā si non iustè timeatur.l.rrectè cū ibi notat.ff. isto tit. & Lucas dè Penna.in.l.si coloni.C.dè agricol. & cencit. n.22.Qué rrefert & sequitur Grāmati.voto.10.
3 n.16.cū sequēt. ¶Ampliatur secūdò etiā si effectus non sit sequutus.vt probant jura superius. n.1.allegata, & glo. in.c. bonæ el. 1. dè electio. verb. metuebat.& glo.in.c.àd audientiam isto-ti.verb.causa.&Thom.Gramma.d.n.6.& And.
4 Geil in tract.dè pacepullica lib.1.c.2.n.6.¶Ampliatur tertiò q nō sit necessariū q èx pectetur initiū,seu effectus offensionis vt patet in.dd.juribus allegatis suprà. n.1. & tenet Philip. Francus.in.c.fi. dè appellatio.n.9.& Andre.Geil vbi
5 supra. n.6. ¶ Et sic sufficit euaginatio ipsa gladij àd feriendū,licet ictus nō sequatur tex.in.c. 1.isto tit.tex in.l.sed & siquemcumq; ff. à d. leg. Aquil.tex.in.l.2.ti.8par.7.glo.fi.in.l.1.C.vndè vi infine.Andreas Geil vbi sup.n.3.&.6.¶Et sic nō est necessè q expectetur percussio vt in. d. c.1. isto.tit.vbi patet q illa mulier non fuit percussa gladio, sed solum comminata gladio euaginato tex. in. l. metum.la. 3. ff. isto tit. ibi : aliter

atq;.tex.in.l.nouissimè.ff.quod falso tutore. ibi compulsus,aut metuens ne compelleretur.tex. in.d.l. partitæ.glo. d.verb. metuebat, & altera. glo.final.& Inno.vbi suprà proximè. Bar.in.l. si èx plagis.§.tabernarius.ff.àd leg.Aquil.n.vnico. Alex.in consil.98.volu.3.n.3.cum sequēt. Pirrus in.l.nihil consensui.ff.dè rregul. jur, versi. tertio Angel.dè malefi.verb.& dictus Titius se defendendo.n. 26. Carrerius vbi suprà. Grammat. d. decisio.5.n.17.Xuarez in allegatio. 23.n.3.&.4.

7 ¶Et sic sufficit visus armorum licet habentes ea non vtantur eis, neq;. ea euaginent.tex. in.l.3.§. qui armati.ff.dè vi, & viarmata.Cujus verba sunt : qui armati venerunt (& si armis non sint vsi ad deijciendum) sed dejecerunt: armata vis facta esse videtur, sufficit enim terror armorum, vt videatur armis dejecisse.vbi. glo. verb. armorum. allegat alia jura concordantia.glo.fi. in.d.l.1. C. vnde vi. & ibi.dd.Bar. in.d.l.sed & si quemcumq;.ff.àd leg. Acquil. n. 2.Bal.in.l.itaq; siseruum. n.1. d. ti. àd leg. Aqui. quos rrefert & sequitur Ananias in. c. si perfodiens. dè homicid. n. 6. idem Bar. in tract. dè

questio

questio. versi. dictú est suprà, q̃ ex confessione. Alexand. in. d. cõsil. 98. volu. 3. n. 3. Iasso. in. l. 2. C. dè transactio. n. 3. Socin. Iun. in consil. 77. volu. 1. n. 36. & Mantica in suo tract. dè conjecturata ment. deffuncti. lib. 2. ti. 7. n. 6. ¶ Quod ampliatur etiàm si habens arma ea deponat vt glo. in. d. §. qui armati. & ibi Angel. n. 3. & Alex. in. d. cõ sil. 98. d. n. 3. & Iass. d. n. 3. ¶ Quæ ampliatio est intelligenda si arma àd illum effectum sint parata tex. in, d. l. 3. §. siquis autẽ visis. Cujus verba sunt: siquis autem visis armatis, qui alibi tendebant, metu hoc deterritus profugerit, non videtur dejectus: quià non hoc animo fuerunt, qui armati erant, sed aliò tendebant. Proindè, & si cum armatos audisset venire metu decesserit dè possesione: siuè verum, siuè falsum audisset, dicendum est, non esse eum armis dejectum, nisi possesio àb his fuerit occupata.

8 ¶ Item crutiatus corporis est justus metus. tex. express. in. d. l. interposítas. C. dè transact. l. 7: ti. 33. par. 7. l. si quidem Zenoni. C. dè cõtrah. stip.

9 ¶ Item amisio menbri est justus metus tex.

in.d.l.partitæ. ¶ Vnde operepretium est videre quod dicatur membrum? Et dicitur illud quod in corpore nostro habet operationē distinctā vt Philosophus lib.4.metaphisicor.àd finem.ideò manus àd palpādum, pes àd ambulādum,oculus àd videndum,auris àd audiēdum, nasus àd odorandum,os àd gustum. prout refert, & sequitur Angelus in authenti. sed nouo iure. C.dè ser.fugitiuis.n. 2. vtrumq; refert, & sequitur Gregorius Lopez in.l. 18. tit. 14. par. 7.glo. 5. àd fin. (Ego autèm non inueni Philosophum in illo loco quem Angelus citauit. sed in lib.1.dè partibus animalium. c.fi. vbi dicit: quapropter corpus etiam totum animæ gratia conditum est, & menbra offitiorum grā,constat,& numerum àd quæ singula accomodantur.) Tenet Bar.in.l.publicorum. ff. dè publi. iudi. n. 13. dicit communem Plaça libro primo delicto. c. 25. n. 7. & Couarru. in cle.si furiosus.3.par.in initio,n.8.dè homicidio. quos sequitur Iulius Clarus in sua pract. criminal.§.fi.q.69.n.3.¶ Digitus non est menbrum sed est offitiū mēbri secūdùm Angel. vbi suprà

pèr

per legem non sunt liberi. ff. de statu hom.l. & p.l.idem Offilius.ff. de ædilit. edict. & Bar. & dd.supra citat.sed quo ad nram materiã metus abcisio, seu truncatio digiti inducebit justum metũ licet non sit membrũ:sed eo quia est cruciatus corporis, & cruciatus corporis inducit justũ metũ vt diximus in.n. supra proximo.& quia per truncationem,seu ab cissionem digiti poterit totum corpus perire. & sic ista erit vna fallentia ad istum casum. ¶ alias sex fallentias rrecenset Felin.in.c.cum illorum.de sent.excomuni. à. n. 4. vsq; ad. 10. ¶ Barba an sit membrum ex Baldo nõ bene colligitur,quia.est s.bi contrarius,& distinguitur per Imolam, quem sequitur Felin.d.n.10. Ego autem quo ad nram materiam judico de ea, quod dixi de digito. ¶ Mammilla in fœmina est membrun, non autem in viro vt Felin.vbi supra.n.11. licet Couar. vbi supra quo ad irregularitatem dubitet. qui casus multum differt ab isto.in quo ego judico quod de digito dixi. ¶ Et iddẽ ea rratione judico de dente, licet secũdum Feli.d.n.11.non sit membrum.

10 ¶ Item locus nō tutus ob inimicos est justus metus tex. in c. accedens. el. 1. vt lit, non contestat. & ibi. dd. & Petrus Roiz in decisio Litua. decis. 4. n. 359. cùm sequentibus ¶ in tantum q̄ si est notorium nō arctat citatum, neq; ad opponendum dè non tuto accessu. tex. in cle. 2. versi. notorium. dè rrejudicat. & ibi glo. verb. notorio. & ibi. Cardinal. n. 1. versi. secundò opponitur. & Ancharran. n. 14. & Imola. n. 10. ¶ Et ansufficiat saluus conductus ad excludendum hunc metum dicemus infrà. c. 8. §. 3. n. 15?

11 ¶ Carcer inducit justum metum, quando ob illum contractum faciendum fit in carceratio, secus si ob aliam causam. tex. expressus. in. l. qui in carcerem. ff. isto ti. Inno. in c. cū locum. dè sponsalib. n. 2. Et ibi Anto. dè Bur. n. 11. & Cardinal. n. 3. Et Abb. n. 9. Et Præposit. n. 12. Matheus dè Afflict. in decisio. Neapolit. decisio. 246. n. fi. & Mantica. d. tractat. dè conjectur. ment. deffun. lib. 2. ti. 7. n. 2. Areti. in consil. 14. n. 15. Altiat. in. d. l. interpositas. C. dè trans. n. 17. & Guido in singular. 840. n. 1. & Francis. Mar. in decissio. Parla. Delphinal. 2. p. decis. 377. n. 3.

Couarru.in.4.decretal.2.p.c.3.§.4.n.15. Rebuff. in cõmentar.2.tomo tract.dè rrescis. contract. glo.22.n.4. ¶ Fallit primò nr̃a conclusio si detrusio fuit justa: quia tunc etiam si òb illum cõ tractum faciendum sit carceratus benè valet contractus. tex. in.l.si mulier. in prin.ff.isto tit. Præposit.in.d.c.cum locum. n.12.quod notare videtur Oldrad.in consil.7.n.1.&.2. & Areti.d. consil.14.n.15.& Guido vbi suprà.n.2. Paris dè Puteo in tract. sindicatus. versi. an si est facta compositio? n.5.folio mihi.112. ¶ Ex quo infertur ꝙ judex justè carcerans non infert metum. quod tenet interminis. glo. in. c. cumdilectus. verb.metum mortis. istotit. & ibi Abb. n.11. & Oldrad.d.consil.7. per totum. Et Paris dè Pu. vbi suprà per totum illum versiculum. ¶ Fallit secũdò quãdo cõtractus fuit vtilis carcerato secũdùm.dd.quos rrefert,& sequitur Iosep. Mascard.in tract.dè probatio.conclusio. 1055. n.33. ¶ Et dicitur quis carceratus non solùm,qui est in ipso carcere publico,sed etiam qui dè carcere ducitur in cameram cum custodibus vt Hipolit.dè Marsil.in consil.125.volu. 2. n.47. ¶ Et

qui est positus in domo, seu alio loco sub custodia vt Guido vbi suprà.n.3.¶Et is qui non potest ire quò vult vt Decius in consil. 218. n.5. & Fràcisc.Mar.in.d.decisio.377.n.1.&2.Hipolit.d.consil.n.48.¶Et is qui sub fidejussoribus est rrelaxatus vt Guido vbi suprà.n.4.tex.expres.in.l.nec non.inprin.ff.ex quib.caus.maiores.quam.alegat glo.fi.in.l.in eadem.coti. & Petrus Royz indecisi.Litua.decis.4.n.33.¶Ex quo infero,q̧ etiàm carceratus dicetur is,qui sub cautione juratoria est rrelaxatus,cum juramentum sit prò fidejussore,& metus perjurij sit justus metus vt dicimus infra.n.33.¶Infero secundò,q̧ is qui in aliqua lite nō habet libertatem proponédi suas deffensiones assimilatur carcerato, & cōtractus factus àb eo judicatur,tamq̃ factus à carcerato ita arguit Craueta in consil.49.n.6.volu.1.

12 ¶Excomunicatio an inducat justum metū? est anceps pugna.nam tex. in. c. olim. el. 3. dè rrestit.spoliato.juncta glo.verb.timore probát inducere justū metū.& èx illo tex.id notat Socin.in.c.olim.dè lit.cōtesta. n.68.in medio,hác partē tenet Abb.in.d.c.cū dilectus. isto tit. n.6,

& De

& Decius in l. in omnibus causis. ff. dè rregul. jur. n. 6. Et Ioan. Botta in consil. 8. n. 10. cùm pluribus sequent. ¶ Sed contrà tenet glo. in d. c. cũ dilectus. verb. violétia. & Gofredus in sũ. istius tit. n. 4. & Altiat. in. d. l. interpositas. C. dè transactio. n. 16. ¶ Isthæc tamèn cõtrouersia fœdere distinctionis sedatur communiter, ꝙ aut sentétia excomunicationis est injustè lata, & tunc excuset, & inducat justum metum, & ꝙ, ita procedat prima opinio. aut est justè lata, & tunc non inducat justum metum, & ꝙ ita procedat secũda opinio. Ita Archidia. in. c. cùm medicinalis. dè sent. excomuni. lib. 6. n. 2. & ibi Gemini. n. 7. & Ioan. Andre. in d. c. cum dilect9 quem ibi sequitur Anto. dè Butrio n. 13. Et Zabarel. n. 3. ver si. quæro circà hæc. Et tenet Riminal. in. d. l. interpositas. n. 2. Et Roma. in cõsil. 369. n. 10. Alexand. dè Neuo in cõs. 47. n. 12. Et alij. dd. quos rrefert, & sequitur Couarr. in. 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 4. n. 12. & Padilla in. d. l. interpositas. n. 14. ¶ Quam primã parté hujus distinctionis limitat Couarru. ibidem quandò superior facillimè adiri potest, quia tunc non operabitur justum

metum. cui nō assentio, quia non est vis in hoc.

13 ¶ Item inimicitia hominis potentis inducit iustum metū vt Inno. in. c. quod dè his. dè sent. excomuni. n. 1. quem sequitur Bal. in consil. 374 volu. 3. ¶ Et quæ dicatur inimicitia, & èxquibus oriatur latè Anto. Blancus in tract. dè inditijs. n. 91. cum mult. sequent. ¶ Et quæ dicatur persona potens, colliges èx his quæ diximus suprà in §. 1. hujus capitis; ¶ vel q̄ aduersarius habeat potentes aduocatos. glo. in. l. serui. C. dè adult. verb. metum.

14 ¶ Item amissio bonorum omnium inducit iustum metū tex. in. c. 2. isto tit. Riminal. in. d. l. interpositas. C. dè transactio. n. 2. & ibi Altiat. n. 13. dicit hoc esse rreceptū. Et ibi etiā Padilla. n. 14. Tenet hāc Areti. in consil. 14. n. 15. Et Brunus in consil. 82. volu. 1. n. 7. Socin. Iun. in consil. 77. volu. 1. n. 34. cūm seq. & Leonard in consil. 114. n. 388. quod habetur intèr consilia Bruni. d. volu. 1. & Menochius in Consil. 1 volu. 1. n. 280. et Petrus Röiz in decisio. Lituani. decis. 3. n. 318. Thomas Grammati. decisio. 5. n. 10. Couarru. vbi suprà proximè. n. 18. & l. 7. ti. 33. par. 7 ibi:

ibe: ò *de las otras cosas porque se podria amparar.*
¶ Et dè autoritate,& valore bonorum vide tex. in prohemio concordat.& ibi Rebuffum.verb. rres numaria.& verb.subnixa est.
15 ¶ Item amissio maioris partis bonorum tātùm inducit justum metum.tex.in.l.propter litem.ff.dè excusatio. tutor. tex. in.c.1.dè rrestit. spo.lib.6. Et dd.suprà proximi indictis locis.
¶ Item amissio instrumentorum bonorum omnium,vel maioris partis arg.tex.in.l.isti qui dem.§.sijs.ff.isto ti.& ibi not.Bal.n.1.quem seq. Palat.Rub.dè rreten.rreg.Naua.3.par.§.1.
16 ¶ Item timor lucri amittendi in ducit justū metum vt Ioan. And.in.d.c.cùm dilectus.isto-tit.& ibi Anto.dè But.n.14. in fi. Et Cyn. in.d.l. interpositas.C.dè transactio.n.1.& ibi Bal. n°8. & Salicet.n.5. Quos rrefert, & sequitur Anto. Blan.in.d.tract.dè inditijs. n. 128. in.fi. & Ruinus in consil.121.n.10.Cephal.in consil.295.volu.2.n.17.
17 ¶ Item esse in potestate hostium inducit justum metum. cle. pastoralis. dè rre judi. Bal. in consil.364.volu.3.n.5. ¶ Quod fallit rrespectu

contractus facti intèr eum, & dominum supèr libertate, quia tenetur adimplere illum vt dico in frà.c.8.§,1.n.12.

28 ¶ Item jussus judicis inducit justum metum. tex.in.l. quanquam ff. dè aqua plu. arcend.l. si stipulatus. §.si lancem. ff. dè Solutio. l. si pecunia.§.1.ff.dè rreb. eorum qui subtut. ¶ Facit.l. non videntur.§.qui jussu.ff.dè rregul.jur. Et.c. quod quis mandato. eo ti. lib.6. Decius in d.l. in omnibus causis.ff.dè rregul.jur. Quæ adducit Andre.Geil in suis pract. obseruatio. lib. 2. obseruatio.102.n.11. ¶ Et ideò isthæc exceptio jussus judicis potest allegari contra executionem, & liberabitur metum passus vt testatur Auendan.in l.3.&.4.ti.dè las exceptiones n.32. vbi allegationes adducit. cui adde Ancharran. in cle.1.dè excess.prælato.n.3.&Guido Papa in singular.651.n.fi.& Rui.in consil.147.n. volu.1.& in consil.150.eo volu. n. & Ioannes Botta. qui plura adducit in consil. 8. n.3.cùm plurib.sequent. & Didacus Perez in.l.4. ti.17. lib.8.ordin.verb.ni deudores.

29 ¶ Itè præceptum domini, vel cujuslibet superioris

perioris inducit justum metũ vt Angel.in cõsil. 379.pèr totum. Alexand.in cõsil.16.volu.3.n.9. Hieronim.Gratt.in cõsil.5.n.26.volu.1.Leonar. in.d.consil.114.n.386.quod habetur intèr cõsilia Bruni,volu.1. ¶ Maximè si tale præceptũ sit pœnale vt Socin.in consil.27.volu.3.n.13.

20 ¶Item jussùs principis inducit justum metũ vt glo.in.c.conuenior.23.q.8.verb.morere. quã sequuntur Riminal. in. d. l. interpositas. C. dè transactio. n.2. & ibi Altiat. n.17. Et Detius in consil.218.n.2.rreprobato IosephoMascardo,& alijs(quos rrefert,& sequitur)in tract. dè proba tio.pri.par.conclusio.193.n.8.

21 ¶Item vultus terribilis, & iratus cujus libet superioris inducit justum metum tex.in.c.1. dè off.delegat.ibi: minis, ac terroribus.Ioan. Andreas in. c. quia proptèr dè electio. in nouell. decretal. n. quem rrefert,& sequitur Pal. in.c.1.§.injuria.n.17.dè pace jurament. firman. Bar.intract.dè questio. versi. dictũ est suprà, ꝙ èx confessione.Detius in.d.c.1.n.10. & alij.dd. quos rrefert,& sequitur Crauet.in consil.49.vo lumi.1.n. 3. & Altiat. in. d. l. interpositas. n. 19.

¶ Vultus enim à mente fingitur, vt Cicer. in Tusculan.qq.lib.3.n.55.¶Et est imago animi,vt Cicer.dè orato.n.33. ¶ Et ansit necesse, q talis superior sit solitus sæuire controuertitur à. dd. nam Abb.in.d.c.1.dè off.delegat.n.3. & Detius ibi n.12.volunt:q sit solitus sæuirè. sed Afflict. indecisio.69.n.5.&.6.Et Ber.Bôbi, in cōsil.49. n.11.&.12.tenet, q non sit necesse, q sit solitus sæuire.Quibus vltimis ego assentior pèr ea quæ dixi suprà in.§.1.istius capitis.n.2.Et pèr ea quæ dixi in princip.hujus. §. n.1. Et pèr tex. in cle.2. versi. notorium.dè rrejudicat. & ibi Cardi. n.1. versi.opponitur.vbi potentia nocendi induxit justum metum rrespectu superioris,& per prouerbium Hispanum: *dè el agua mansa me guarde Dios. &c.* Et quia tex.in.d.c.1.id non dixit. & cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus,sed in distinctè debet intelligi tex.in. l.prætor ait quæ est.20.§.ait prætor.ff. dè noui oper .nũt.l.dè pretio.ff. dè publi.glo. in.c.2. dè cōjug. lepro. verb.generali.Tiraquel.in prin.l. si vnq̃. C.dè rreuocand.donatio.n.66.

12 ¶Item vociferatio superioris inducit justũ metum.

metum.tex.in.l.3. ibi: aut verborum terrore & l.fi.§.si justo metu.ff.isto tit. ¶ Vultus enim secundùm vocem plurimum potest vt Cicer.de orato.n.33. & vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce mouentur vt Cicer.ibidem n.30. ¶ Etiam si superior non sit solitus sæuire vt diximus in casu superiori.

23 ¶Item præces cujus libet superioris in ducunt justum metũ tex.in.l.fi.C.istori.glo. in.l.1. inprin. ff. quod jussu. verb. quemadmodùm. glo. in.l.1.C. si rrector Prouintiæ.verb.pignora ibi:vel blanditiam.glo.in cle.1. dè rrestit. in integ.verb.optimum.Bar.in tract.dè Tyran.n.21. quem rrefert, & sequitur Maurit. intract. dè rresti ininteg. c.277. n.14. Afflictis in deciss.69. n.5.Hiero.grat.in consil.5.n.26.volu.1. Leonar. in consil.114.n.386.quod habetur inter consil. Bruni volu.1. Iass.in consil. 133. n.8. volu.4. Soccin.in consil 263.n 8.Neuizan.in consil.22. Tiraquel. in tract. dè pœnis temper. causa.35. per totam.& alij quos allegat Caldas Pereira in.l. si curatorem habens.C.dè in integ.rrestir.verb. læsis.n 40. àd fin. versi. quinimo & justum &

Rebuffus in cócordat. Rub. dè collatio. verb. volumus. Senat. Pedemont. decisio. 179. n. 4. Crauet. in consil. 10. volu. 1. n. 17. Burgos dè Paz in consil. 25. n. 72. ¶ Et Cicer. in Epistola incipié tì tuas. lib. 9. dicit: Principũ præces cum necessitate, vi q; conjunctas esse. ¶ Et Prouerbium: Cogit rrogando, qui rrogat potétior. Quæ adducit Erasmus in chiliadibus prouerb. præces armatæ ¶ Quod secundùm aliquos. dd. est intelligendum, quando is qui rrogat solet sæuire in eos, quos non exorauit vt testatur Zabarella in c. insinuante. qui cleri. vel vouent. n. 4. versi. oppono tertiò, & ibi Ioan. Andre. & Anto. dè But. n. 7. & Abb. n. 8. & Præposit. n. 8. idē Abb. in. c. cùm intèr. dè elect. n. 8. & in. c. cũ dilectus. ist. tit. n. 8. Feli. in. d. c. 1. dè off. delegat. n. 2. Bar. in. l. dè pupillo. §. siquis ipsi Prætori. ff. dè noui oper. nunt. n. 14. Alexá. in consil 16. volu 3. n. 9. Et Afflict. in deciss. 69. n. 5. Et Socin. in cõsil. 27. volu. 3. n. 12. Et Altiat. in. d. l. interpositas. C. dè trans. n. 18. & Roland Valle in consil. 83. volu. 3. n. 25. & alij. dd. quos rrefert, & sequitur Iosep. Mascard. in tract. dè probatio. conclus. 193. p. totam

maxi-

¶ Item gener debet rreuerentiam socero, quià habetur loco parentis vt.l. quià parentis, ff.solut. matri. & Iass. in.l. transactionem. C. dè transactio. n.2. tenet Padilla expressè in. d.l. interpositas.C.dè transactio.n.21.& antè Padillam id tenuit glo. vnica in. l. generalitèr. ff. dè in jus vocand. & ibi etiam Socin.n.9.& est tex. in l.15.tit.11 par.4. ¶ Et ideò non vocat eum in jus sinè venia vt.d.glo. vnica. & ibidèm Socin. d.n.9. ¶ Neq; impuntantur genero si debitũ datum sibi in dotem àb vxore non exegerit à socero, & socer factus fuerit non soluendo.

d.l.15.tit.11.par.4. ¶ Et iddem est dicendum dè socru: quia habetur loco matris. vt dicit tex. in. §.socrum.inst.dè nuptijs. ¶ Et ei deberi rreuerentiam expressè testatur, d. glo. vnica. d.l. generalitèr.

16 ¶ Item seruus debet domino rreuerentiam, nàm ità debet esse obediens domino, vt contèderit Cypria: (in lib. dè singularitate clericorū) indè nomen seruos habuisse. Cujus verba sunt: alioquin nec nos serui adscriberemur, neq; ipse dominus haberetur, si secundum voluntatē nostram permitteretur impendere seruitutem. quem rrefert, & sequitur Reuard. in. l. velle non creditur. ff. dè rregul. jur. ¶ Prò quo faciunt ea, quæ dè filio familiàs suprà. n. 8. diximus, quæ etiàm militant in seruis. ¶ Cùm dominus habeat potestatem inij ciendi manus in eos per. l. vnicam. C. dè emendatione seruorum. & in. §. fi. instit. dè his, qui sunt sui, vel alie, juris. glo. 1. in. c. sicut alterius. 7. quæst. 1. & glo. in. d. c. dè filia. 27. quæst. 1. verb. rreceperit. & Menochi. in tract. dè arbitrar. lib. 2. centur. 4. cap. 364. n. 2.

17 ¶ Item libertus debet rreuerentiam patrono. tex.

no.tex.in.d.l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rrerum actio non det.& in. l. penulti.ff. dè furt. & in toto tit.dè in jus vocando.

18 ¶ Item clericus debet rreuerentiam Episcopo:vt glo.in.d.§. quæ onerandæ.verb. metu solo.& ibi Bar. n. 4. idem Bar.in.l.5. ff. isto tit.per totam.Et Burgos dè Paz in consil.25.n. 71. ¶ Et licèt iste casus videatur dè metu potentiali, tamèn non est nisi dè rreuerentiali. vt prædicta. glo.&.dd. ¶ Quia clerici sunt quasi serui Episcopi.¶Et sic non possunt dè vna Eclesia àd aliā transire sinè licētia Episcopi pèr jura,quæ allegat glo.vnica. in.c. quod in dubijs. dè rrenuntia.& ibi Abb.n.9. ¶ Neq; peregrinari sinè licentia sui Episcopi.tex. in. c. magnæ.dè voto. ¶ Neq; in aliam Diocesim se transferre absq; literis commendatitijs sui Episcopi. tex. in. c. fraternitatis.dè cleri, non rresident. ¶ Neq; in alium judicem,etiàm ecclesiasticum consentire,sinè licentia sui Episcopi.tex.in.c.significasti dè foro competēti. quod secùs est in laicis pèr. l.si conuenerit. dè jurisdi, omni. judi. ¶ Neq; clericus vni Episcopo subjectus potest per aliū

ordinari sine licentia sui Episcopi. tex. in c. quod ad traslationem dè temporib. ordi. & ibi Abbas. n. 1.

19 ¶ Item minor reuerentiam debet tutori, & curatori suo vt dd. quos allegat Didacus Perez in. l. 1. tit. 5. lib. 5. ordina. in glo. vnica. versi. secunda ratio. ¶ Nam tutores, & curatores vicem dominorum obtinent. l. ad ea, quæ. ff. dè regul. jur.

20 ¶ Item magistro debetur reuerentia. tex. in l. 2. tit. 20. par. 4. ¶ Quia æquiparatur patri vt. l. liberto. cum glo. verb. debet. ff. dè obseq. & in. c. sententia. 2. quæst. 7. ¶ Et ideò non vocatur in jus sinè venia vt Sociu. in. d. l. generalitèr. ff. dè in jus vocand. n. 8. Rebuff. in tract. dè priuileg. scholastico. priuileg. 70. dè quò melius q̃ alibi p Menochium in tract dè arbit. lib. 2. Centur. 5. casu fin. per totum. ¶ Et potest magister discipulum castigare tex. in. l. item quæritur, inprin. versi. quamuis. ff. locati. & in l. 1. tit. 8. par. 5. & ibi Greg. Lopez in glo. 3. verb. castigar. vbi allegat duas glosas. & Rebuff. d. tract. priuileg. 71. & Menochius. in. d. lib. 2. Centur. 4.

cap.

cap.364. n.10. ¶ Et in tantum magistro debetur rreuerentia, q̄ potest discipulus defendere opinionem magistri sui, & secundùm eam sententiare, etiam contrà comunem, & non tenetur in Syndicatu. Abb. in. c.1. dè postulatio. prælator. n.25. Et Felin. in. c.1. dè constit. n. 56. & alij. dd. quos rrefert, & sequitur Paris dè Puteo in tract. dè Syndicatu versi. an si judex qui dedit sententiam secundùm vnam opinionem. n. 5. fol. mihi. 179. Et Socinus in consil. 44. volu. 1. n.7. Et Rebuffus. d. tractat. priuilegio. 72.

21 ¶ Et parentibus spiritualibus debetur rreuerentia. ¶ Quià magis diligendus est pater spiritualis, q̄ carnalis vt glo. in. c. Pyctatium. 30. quest.3. verb. multò magis. quam sequitur Curtius Papien. in tract. dè testib. conclusio. 30. n. 63. ¶ Quantò enim præcellunt spiritualia temporalibus, tanto excellunt parentes spirituales parētibus temporalibus vt in. c. solitæ. dè maiorit, & obedient. ¶ Et multa traddit Summa virtutum, & vitiorum. d. tit. dè superbia. c. qualitèr, & quarè exhibenda est rreuerentia patribus spiritualibus, & carnalibus.

22 ¶ Item nutriori (idest al Ayo) debetur rreuerentia, tex. in. l. 2. tit. 20. par. 4.

23 ¶ Item is qui àb alio est creatus, seù alimentatus debet illi rreuerentiam. tex. in. l. 3. tit. 20. par. 4.

24 ¶ Item famulus debet rreuerentiam domino; quia potest dominus eum castigare. tex. in. l. 9. tit. 8. par. 7. glo. in. c. sicut alterius. 7. quæst. 1. glo. 1.

25 ¶ Item vassallus debet rreuerentiam domino. tex. in. c. 1. dè milit. vassal. qui contumax. est. ibi: salua rreuerentia. ¶ Potest enim dominus eum castigare. tex. in. l. 2. tit. 19. par. 2.

26 ¶ Item Monachus debet rreuerentiam Abbati. vt patet. in. c. àd nostram. dè appellatio. Vbi Abbas potest corrigere monachum, & àb ejus correctione non potest appellare, pèr ea quæ tradit Socin. in. d. l. generalitèr. ff. dè in jns vocand. n. 6. & Euerard. in topicis lega. c. à seruo àd Monachum. n. 8. & Menochi. in tract. dè arbit. lib. 2. cent. 4. cap. 364. n. 11.

27 ¶ Item Parochianus suo Parrocho debet rreuerentiam. ¶ Et ideò non vocat eum in jus

sinè

sinè venia secundùm Socin. in. d.l. generalitèr. ff. dè in jus vocand. n. 7. vbi allegat alios doctores.

28 ¶ Item leuatus dè sacro Fonte debet rreuerentiam leuanti argu. tex. in. c. ita diligere. 30. quæst. 3. vbi disponitur: eum qui dè sacro Fonte leuauit, esse diligendum tamq̃ patrem. ¶ Et proptèr cognationem spiritualem (quæ inter eos cõtrahitur) loco patris habetur. ideòq; jura eum compatrem appellant. (à com, quod est simùl pater secundùm grammaticos) tex. in. c. tua nos. dè cognatio. spirituali. ¶ Et ideò non vocat eum in jus sinè venia vt Guydo in. d.l. generalitèr. ff. dè in jus vocand. Quem ibi rrefert, & sequitur Bal. antè. n. 1. & Angel. in. l. adoptiuum. n. 2. eodi. dè in jus vo. Alexand. in consil. 143. volu. 2. n. 6. Fulgo. in consil. [illegible] n. [illegible] quos rrefert, & sequitur Fràcis. Curt. Papiens. in tract. dè testib. conclusio. 30. n. 63. & est communis opinio. quam sequitur Socin. in. d.l. generalitèr. n. 10.

29 ¶ Item priuignus debet rreuerentiam nouercæ: quia est vxor patris. ¶ Et vxor gaudet

R priui-

priuilegijs mariti, & corruscat ejus radijs. l. 1. & l. fœminæ. ff. dè Senato. ¶ Et vna caro est cùm viro. vt Genes. c. 2. ¶ Licet controuersum sit à dd. an posit in jus vocari sinè venia? Vt refert Socin. in. d. l. generalitèr. ff. dè in jus vocand. n. 13. Quæ controuersia cessat hodiè jure Codicis in. l. 4. C. dè in jus vocãdo. vbi expressè deciditur: q. reuerentia quæ debetur marito debetur ejus vxori, & sicut maritus non potest vocari in jus sinè venia ita neq; ejus vxor Et Senat. Pedemont. in deciss. 31. pèr totum.

30 ¶ Item priuignus debet reuerentiam victrico, eo quià est maritus matris, & sunt duo in carne vna vt proximo. n. diximus. & quià matri debetur reuerentia vt suprà diximus. n. 9. ¶ Licet posit eum vocare in jus sinè venia. vt Socin. d. l. generalitèr. ff. dè in jus vo. n. 13.

31 ¶ Item senibus debetur reuerentia. ideò dicitur veneranda senectus. tex. in. l. sempèr. versi. in senectute, ff. dè jure immu. ¶ Licet posint in jus vocari sinè venia vt Socin. in. d. l. generalitèr. n. 15. neq; est curandum dè aliquibus qui voluere non posse in jus vocari sinè venia

quos

quos irrefert Tiraquel. in præfatio. dè jure primogeni.n.104.

32 ¶ Item Sacerdotibus debetur rreuerentia àb omnibus: tùm :quia Sacradant, (à quo denominatur Sacerdos) c.cleros.21.dist. &.l.1. ff. dè just.& jur. ibi:cujus meritò quis nos Saccerdotes appellet. tùm : quià Seniores.(à quo dènominantur præsbiteri) non modò prò ætate, vel decrepita sanectute, sèd propter honorem, & dignitatem, quam acepit vt.d.c.cleros. ¶ Et an posit, vel non vocari in jus sinè venia? Ex di cendis in.n.sequenti patebit.

33 ¶ Prò complemento (quantùm attinet àd vocationem in jus sinè venia, aùt cùm venia) est sciendum : q; quatuor sunt casus illorum, quibus rreuerentia debetur. Primus est illorum, quibus debetur rreuerentia jure ciuili, & hi nullo modo vocàtur in jus tex. in.l.2. ff.dè in jus vocand. Secundus est illorum, quibus debetur rreuerentia èx verbis, & mente Prætoris, & hi cùm venia. vocantur. Tertius est illorum, quibus debetur rreuerentia non èx verbis Prætoris sèd èx mente, & hi etiàm

 possunt

possunt vocari in jus, sed cùm venia vt sunt pater, & maritus. Quartus est illorum, quibus rreuerentia debetur èx naturali æquitate, vt sunt Senes, & Sacerdotes, & hujus modi, & hi possunt vocari in jus sinè venia. ita dicit Ioan. Andre. in additio. àd Speculato. in tit. dè actore n. 21, super verb. generalitèr. quem refert, & sequitur Sociu. in. d. l. generalitèr. ff. dè in jus vocand. n. fi.

34 ¶ Ad secundam partem nostræ primæ conclusionis deueniẽdo est dicendum: quod èx rreuerentijs alia non habet potestatem, alia habet potestatem. Primo casu quandò rreuerentia non habet potestatem nihil operatur quò àd metum rreuerentialem inducendum. Secundo casu quandò rreuerentia habet potestatem, etiàm est distinguendum. quod aùt potestas est publica, vt Regis, & judicis, & similium. Aùt potestas est priuata vt patris, & mariti, & similium. ¶ Primo casu. inducitur metus potentialis. dè quo tractabimus in. c. sequenti. ¶ secũdo casu (dè quò est materia nostri paragraphi) operatur metum rreuerentialem. ¶ Et hic considerari

siderati debent omnes suprà memorati casus. quià in omnibus illis in quibus debetur rreuerentià habenti potestatem in ducitur justus metus rreuerentialis, vt expressè dicunt Doctores in quolibet loco suprà citati. ¶ In omnibus verò alijs in quibus debetur rreuerentia non habenti potestatē non inducitur metus rreuerentialis, sed solùm illa rreuerentia operatur circà salutationes, & sessiones, vel circà vocationem in jus cùm venia. ¶ Ex quo infero fa-
35 llentiam generalem: q̄ quoticus filia, seù soror est nupta, & in viri potestate traducta, vel seorsùm habitat, q̄ tùnc licet àb eis debeatur rreuerentia, tamèn non præsumitur q̄ contraxerint proptèr parentum, seù aliorum rreuerentiam: ita tenet Ancharran. in consil. 433. n. fi. quem rrefert, & sequitur Craueta in consil. 114. volu. 1.
36 n. 4. ¶ Ex qua fallentia infero intellectum ad Hipolit. dè Marsil. in consil. 124. n. 15. & àd Burgos dè Paz ejus sequacem in consil. 3. n. 55. qui dicunt: q̄ mater nō causat justum metum filiæ, q̄ intelligantur quandò filia est nupta, seù habitat seorsùm cum marito, & non aliàs, quià si

 dè non

dè non nupta loquuti sunt errauerunt, & dè eorum opinione non est curandum: cùm mater habeat reuerentiam cùm potestate manus injectionis, vt suprà diximus n. 9. & pèr alia, quæ ibi diximus. ¶ Quod confirmatur quià potest eam priuare tertio, & quinto bonorum, si habet alios filios; vel quinto, si non habet alios filios, vèl descendentes justà leges Regias Tauri, & timor hujus lucri àmittẽdi causat justum metum, vt diximus suprà cap. 2. §. 6. n. 16.

RECAPITVLATIONES.
§. primi.

PRAESENTIA sola illius cui reuerentia debetur an sufficiat àd infringẽdos cõtractus. 1.
Et non sufficere aliqui tenuere. 2.
Et sufficere aliqui tenuere. 3.
Et aliqui dubitauere. 4.
Resolutio hujus quæstionis. 5.
Opinio communis hujus quæstionis quadruplicitèr limitatur. n. 7. & 8. & 9. & 10. 6.
Præsentia sola sufficit quandò contrahitur cum eo cui

cui rreuerentia debetur. 7.
Et in actibus rrequirentibus liberam voluntatē. 8.
Et quandò is erat solitus inferre minas, vel verbera. 9.
Et data enormi, seu enormissima læsione. 10.
Cap. quamuis pactum. declaratur. 11.
Iuri Ciuili statur in foro Canonico, quandò rreperitur aliquid clarè decissum, & non rreperitur decissio Canonica. 12.
Communis opinio non attenditur inuento textu. 13.
Angeli rresponsio àd l. pe. ff. dè furtis taxatur. 14.

§. 1. QVID REQVIRATVR VT metus rreuerentialis operetur:

1 
XPEDITVS A PRIMA conclusione, & viso, quæ rreuerentià operetur, deuenio àd secundam conclusionem, quæ se habet: quid rrequiratur, vt metus rreuerentialis operetur? Et an sufficiat sola præsentia ejus cui rreueren-

tia debetur absq; minis; vel verberibus? ¶ Et prima facie videtur dicendum, q sufficiat sola præsentia ejus cui rreuerentia debetur. eo quià in jure disponitur expressè, q velle non creditur, qui ob præsentiam alterius tacet, & non audet contradicere, tex. in l. pe. ff. dè furtis. ¶ sèd tamèn quia quot capita tot sunt sententiæ, Doctores nostri noluerunt hanc conclusionem sinè procella rrelinquere, ideò supèr ea nimis dissentiunt, vt statim aparebit.

2 ¶ Nam sunt aliqui qui asserunt nòn sufficere solam præsentiam ejus, sèd rrequirunt, q præcedant mina, vel vèrbera. vt Bar. in d. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rrer. actio non det. n. 4. & ibi Zazius. n. 10. & Angel. in d. §. quadruq li. inst. dè actio. n. 8. &. 9. quem ibi sequitur Ias. n. 6. Abbas in c. cùm dilectus. isto tit. n. 7. Riminal. in l. interpositas. C. dè transactio. n. 4. Socin. in l. soluto matrimonio. §. voluntatem. n. 7. ff. solut. mat. idem in rregul. 74. in cipit. præsentia. in rregul. adject. àd primas rregulas. & alij quos refert, & sequitur Tiraquel. dè legib. Connubialibus. glo. 5. n. 39. & Bernard. Diaz dè Lugo

in

in rregula incip. patris sola præsentia . quæ est. 532. Et Ioan, Gratian Falcon in rregul. metus inprin. dicit hanc communem Felin. in. c. cum causam matrimonij. dè off. delegat. num. & ibi Decius. n. 17. & Socin. Iunior in consil. 77. volu. 1. n. 154. & Altiat. in. c. cùm cõtingat. dè iure iur. n. 1. idē in. d. l. interpositas. n. 21. & ibi Padilla. n. 26. & Moli. dè primogen. lib. 2. c. 3. n. 9. & Ioan. Plotus in tract. dè in litem iuran. §. 3. n. 14. & Ioan. Gutie, dè iura. confir. 1. par. c. 1. n. 15. & Burg. dè Paz. in consil. 3. n. 53. & 56. & Iosephus Mascard. in tract. dè probatio. 1. par. conclusio. 193. n. 7. ¶ Fundamentum huius opinionis est. c. quamuis pactum. dè pact. lib. 6. vbi disponitur, q rrenuntiatio facta à filia in fauorem patris vallata iuramento est valida, nisi metu, vèl dolo sit adducta. & quia textus non excipit rieuerentiam, sicùt metum, & dolum, ideò arguit non sufficere præsentiam rreuerentialem.

5 ¶ Alij èx diametro contrarium decreuere, dicendo sufficere solam præsentiam eius cui rreuerentia debetur absq; minis, vel verberibus vt fuit Andreas Syculus Barbatia in consilio. 18.

n.28.&.29.volu.4.& ibid.cap.causam matrimonij. n. 13. & Saliacetus. in. l. interpositas C. dè transactio.n.4.&. Roma. in. l.si cùm dotem.§. eo autèm tempore.ff.solut.matri.n.11.& Socin. Iun.incons.47.n.32.lib.3.&.Ripa in Respō.138. n.8.quos duos vltimos rrefert.& sequitur Menochius in tract.dè arbitrar.judi.lib.2. Centur. 2.casu.136.n.7.&.tenet Pardus Prateyus àd legem Iul.dè fundo.dotal.versi.aiunt Pontifices. & alij quos rrefert, &. sequi videtur Ioseph. Mascard. (eo quia vltimo loco eos rrefert) in tract.dè probatio.2.par.conclu.1055.n.16.juncto.n.29.hanc sequutus est Padilla.in. d.l. interpositas.n.20. ¶ Fundamentum eorum est. d.l. penulti.ff.dè furtis.vbi taciturnitas liberti non nocuit ei òb rreuerentiam debitam Patrono.

¶ Alij autèm dubitauere proptèr autoritatē communis opinionis, licet haberent rrationes efficaces àd cōuincendam eam vt fuit Areti. in consil.24.à.n.9.vsq; àd. 13.

5 ¶ Ego autèm vt hanc controuersiam Magistraliter(Deo duce)diffiniam,sic distinguo.

¶ Aut interuenit mandatū ejus cui rreuerentia debetur

debetur sinè minis, vèl verberibus (quod mandatum inducitur etiàm pèr verbum rrogo. vt. l. 1. ff. mandati quam àd hoc allegat Barbat. in consil. 46. n. 11. volu. 4.) & in isto casu sufficiat so la præsentia prout continetur in secunda opinione, quam ego dico debere intelligi in isto casu. ¶ Et eam confirmo pèr textum in. l. velle, ff. dè rregul: jur. Cujus verba sunt: velle non creditur, qui obsequitur alterius imperio. & in isto casu militat vna èx rrationibus Areti. d. cõsil. 24. èx dispositione tex. in. l. ait prætor. §. permititur. ff. dè minoribus. ibi: coactus. quem in ea sequitur Detius in. c. cùm. M. Ferrariensis. dè constitu. n. 118. cùm sequent. ꝗ si debitor allegat coràm Iudice non debere soluere creditori suo, quia minor, & Iudex hanc allegationem omittat, & præcipiat debitori soluere, videtur soluisse coactus rreuerentia Prætoris, licet àb eo potuisset appellare, & est satis justa coactio. ¶ Aut non interuenit mandatum, sèd sola præsentia, & tùnc iterùm distinguo: ꝗ duplex est rreuerentia, vna simpliciter, & in gradu positiuo, altera nimia, & sic in gradu superlatiuo.

¶ Primo casu quãndô est talis persona cui solũ debetur rreuerẽtia simplicitèr, vt potè si est ita ignauus aut vilis: ꝙ filius audeat dicere nolo, tunc procedat prima opinio. & sic, ꝙ non sufficiat sola praesentia, sed ꝙ praecedant minae, vel verbera vel mandatum. ¶ Secundo casu quãdò est persona ita grauis, ꝙ ei debeatur rreuerẽtia nimia, tũnc temporis procedat secũda opinio, & sic ꝙ sufficiat sola praesentia absq; mandato, & absq; minis, vel verberibus pèr. d.l. pe.ff.dè furt.cui ego àdjungo tex.in.l.liberto. ff. dè obseq.vbi dicitur ꝙ liberto, & filio sempèr honesta, & sancta persona Patris & Patroni videri debet. &prò hac parte adduco textũ expressũm in d.l.1.§.quae onerandae.ff.quarum rrer. actio nõdetur. ibi: metu solo, vel nimia rreuerentia & ibi.Zazius. n. 6. in expresso exemplificat. & in isto casu nimiae rreuerentiae tenet expressè Bal. in.l.si sinè.n.2.& in.l.etiàm.n.3.C. àd Velleyan. idem Bal. in. d. l. interpositas. C. dè transactio. n. 7. in. fi. idem Bal. in.l. pactum. C.dè collatio. n. 7. & Benedict. Capra in consil. 29. n.15. &. 17. & Barbat.in cons.31. n.7. volu. 3. & Roman.

Roman. in. d. §. eo autem tempore. d. l. si cùm dotem. ff. solut. matri. n. 12. & alij. dd. quos rrefert, & sequitur Hipolit. dè Marsil. in singul. 347 n. fi. & Padilla in. d. l. interpositas. n. 20. in fi. & Menchaca in. qq. illustrib. lib. 1. c. 35. n. 18. quem sequitur Marti. Castrio. in annotatio. ad Malue rum in tit. dè jure jur. n. 8. ¶ Est enim decisio tex tualis. d. paragraphi quæ onerandæ. & ideò non. indiget authoritate Doctorum. ¶ Et Doctores supèr eo dicentes dè minis, vel verberibus debent rreduci àd primam partem tex tus hoc est àd metū: quià quod quis facit prop tèr minas, vel verbera metu, non rreuetentia facit ¶ Et licet isthæc decisio nòn egeat fauore aliarum rrationum: tamèn eam libet juuare. ¶ Et primò. ꝙ hæc qualitas (nimis) sępèr operatur in jure, vt patet in. c. accedens. el. 2. vt lit, non contestat. ibi: nimis fauens. & ibi glo. verb. nimis fauens. & ibi Abb. n. 8. ¶ Et patet èx his quæ dè nimia amicitia traddit Bar. in. l. Titia. in prin. ff. dè verbor. obligat. n. 1. & ibi Iasl. n. 14. cùm sequent. quem vide quia multa cumulat, plusq̄ Bartolus. ¶ Confirmo etiàm

rrationibus adductis per Areti. in. d. consil. 24. arguendo dè metu potentiali, àd metum reuerentialem, eo quià militat etiàm in metu rreuerentiali. Dicit enim ꝙ àd hoc vt ille qui gerit actum non videatur spontè gessisse sufficit ad esse potentiam coactionis, sicùt siminæ, vel verbera præcecissent: quià sufficit posse minas, vel verbera infferre: licèt non deueniatur àd actũ. Hoc dictum comprobat Euerard. in consil. 19. n. 23. & 27. ¶ Confirmat Areti. èx dicto Petri dè Ancharrano dicentis: ꝙ con sanguinei, qui tenentur facere compromisum èx forma Statuti, si compromissum faciant anteq̃ à Iudice præcipiatur, videntur compromisisse coactè, èx quo sciunt se posse compelli. Quod dictum rrefert, & sequitur Barbat. in consil. 40. volu. 4. n. 54. & Rui. in consil. 61. lib. 5. n. 32. Quem rrefert, & sequitur Iosephus Luduui. in decisio. Vmbriæ pri. par. decisio. 2. n. 7. & Ancharranũ etiàm sequitur Hipolit. dè Marsil. in consil. 52. volu. 1. n. 9. & in. l. 1. n. 25. cũseq. & in. l. peh. n. 15. cùm seq. ff. dè questio. & in sing. 325. per tot. & hoc esse magis commune, & in praxi seruatum rrefe-

rreferens alios testatur Anton. Blan. Pataui. in tract. dè compromis. quæst. 1. n. 18. & quæst. 10. n. 12. ¶ Confirmat etiàm èx dicto Doctorum, q eo ipsò q testis citatur, si comparet, & deponit, præsumitur facere inuitus quià potest cògi, nisi habeat promptam excusationem, quam omittit. ¶ Confirmat, quià autoritas, vè Dignitas personæ àbsq; aliqua cōminatione tribuit iustam causam metus rreuerentialis vt singulariter probatur in. l. cùm verò. §. apparet igitùr. ff. dè fidei com. libert. pèr quam rreprobat opinionem Bartoli dicentis: q ità demum contractus àb offitiali non tenet, si præcesserint minæ vèl impressio. Quià immò quilibet administrator habens offitium cùm iurisditione prohibetur emere, vel supèr aliqua rrecontrahere, adeò q contractus est nullus, etiàm si minæ nō præcedant, vt probat tex. in. l. 1. C. dè cōtractib. iudi. præsumit enim lex facilè posse metum interuenire. & adducit. l. 1. C. si Rector Prouint. & Iass. in. l. 2. C. dè transactio. pèr illum tex. à. n. 2. vsq; àd. 6. adducit multa èx superioribus, & alia quæ poteris videre. & Detius in. c. cū. M. Ferra-

riensis. dè constitutio. n. 116. cùm sequentibus. ¶ Et isthæc autèm nimia rreuerentia quæ sit rrelinquitur arbitrio Iudicis sicùt omnia alia, quæ expressè non sunt decissa. Poterit Iudex illam arbitrari dè vxore àd maritum, dè filio àd patrem, dè liberto àd patronum, dè seruo, & dè vassallo àd dominum, & sic dè similibus. pèr. d. §. quæ onerandæ. & per. d. l. pen. ff. dè furtis. & pèr. d. l. liberto. ¶ Et poterit etiàm arbitrari tàm èx parte patris, seù alterius superioris: vt quià est grauis autoritatis, aùt crudelis, & sæuerus. q̃ èx parte filij, vèl alterius subditi, vt quià multùm obediens, seù modicæ ætatis vt exemplificat Xuarez in. d. allegatio. 24. n. 5. insi. in versi, aùt filia. & Molina dè Primogen. lib. 2. c. 3. n. 9. & c. 10. ¶ Et pèr alia quæ adduximus suprà. cap. 2. §. 4. & 5. vbi me rremitto.

6 ¶ Communem opinionem (quæ vt diximus habet locum in casu simplicis rreuerentiæ) limitant Doctores quatuor modis præcipuè Socinus in. d. rregul. 71. in adjectis dè nouo, qui

7 sunt sequentes. ¶ Primus est quandò actus fit cùm eo cui rreuerentia debetur ita Roman. in. d. l.

d.l. si cum dotem. §. eo autem tempore. n. 11. ff. solut. mat. & Socin. in d. regul. 71. in prima fallent. ¶ Quae fallentia temperanda est in filia, quae est nupta, & habitat seorsum à patre vt Socin. Iun. in consil. 67. volu. 2. n. 41. & Crauet. in
8 consil. 114. volu. 1. n. 4. ¶ Secundus casus est, vbi est talis actus, qui requirit liberam voluntatem vt Anto. de But. in c. cum virum. de regularib. n. 6. quem refert, & sequitur Socin. in d. regul. 71. in secunda fallentia. licet Abb. in d. c. cum virum. n. 8. teneat contrarium, & cum sequatur Feli. in d. c. causam matrimonij. de off. delegat. n. 5. & ibi Decius. n. 14. quia eorum opinio est fundata in casu Priuilegiato: scilicet matrimonij, vt in Abbate videre est, & non procedit argumentum de casu Priuilegiato ad non Priuilegiatum. vt Iass. in. l. qui quartam. n. 8. ff.
9 de legat. 1. ¶ Tertius est, quando ille, cui reuerentia debetur, erat solitus minas, vel verbera inferre contra personas sibi subiectas, vt Socin. d. regul. 71. in 3. fallent. ¶ Quae fallentia limitanda est vt suprà diximus primam esse limitandam.
10 ¶ Quartus est quando interuenit enormis,

seu enormissima læsio vt Paul.dè Cast.in consil.177.lib.1.in nouis.quem refert, & sequitur Decius in d.c.causam matrimonij.dè off. delegat.n.20.& Socin.in d.regul.71.in 4.fallent.idem Socin.in cõsil.163.volu.2.n.3.& 4.& Socin.Iun. in consil.47.n.33.&.34.vol.3.& Alciat.in d.l. interpositas.C.dè transactio.n.23. & Senat.Pedemont.in decisio.179.n.5. & Capicius in decisio.159.n.9.& Grauet.in cõsil.31.n.12. & in cõsil.114.n.1.volu.1. Cephal.in cõsil.295.n.13,volu.2.& Roland.Valle.in cõsil.100.n.131.volu.4.vbi alios allegat & Couar.in.4.decretal.2.par.c.3.§.6.n.4.idem.in. c. quamuis pactum. dè pact.lib.6.par. 3. §.4. n. 7. & Molin.dè primogen.lib.2. cap.3.n.11. Dialog.Relato.in.3.par.c.20.n.3.Ioan.Gutierrez in Repetitio.authent.sacramenta puberum.C.si aduersus vendit.n.94. quem vide,& in tract.dè Iura cõfir.1.par.c.1.n.25.& alij, quos refert, & sequitur Caldas Pereira in. l.si curatorem habens. C. dè in integ. resti. verb: læsis.n. 40. versi. tamèn hec non procedunt. & Burgos dè Paz in.qq.Ciuilibus.quæst.7.n.60.& Azebedo in.l.1.ti.21.lib.4.Recopilat.n.192.licet

discedat

discedat Padilla in d. l. interpositas. n. 21. ¶ Quæ fallentia procedit siuè cōmodum istud sit àd vtilitatē patris, vèl alteri⁹ superioris. l. pe. ff. dè furtis. glo. in. l. filius familiàs. §. inuitus. ff. de procurator. verb. nō probatur. Bal. in consil. 148 n. 4. vol. 1. Tiraq. dè leg. cō. glo. 1. par. 1. n. 25. Mieres in tract. maio. 1. par. quæst. 23. n. 2. & Xuarez in. d. allegatio. 24. d. n. 5. in fi. & Sarmiē-to. in lib. 2. selectar. c. 11. n. fi. ¶ Siuè sit àd vtilita-tem alterius q̄ patris, vel superioris, vt Molina. d. c. 3. n. 12. ¶ Et quæ dicatur enormis, seù enor-missima læsio videbitis in meis varijs rresolu-tionibus capidè enormi, & enormissima læsio ne vbi me rremito nè istum verficulum onerē.

11 ¶ Restat nùnc rresponderè àd fundamenrū communis opinionis suprà adductū. n. 2. quod est dè. c. quamuis pactū. dè pact. lib. 6. fundatur in eo cōmunis opinio, quià nō excipit ille tex-tus rreuerētiā, sicut excipit metū. àd quod rres-pōdo, q̄ si prædicti Doctor. intelligūt dè rreue-rētia simplici, dè qua diximus suprà. n. 5. tūc tē-poris procedat benè eorū argumētū. sed si intel ligunt etiàm dè rreuerentia nimia, errant nimis

Quià excipiendo metum videtur excepisse nimiam reuerentiam, eò quià nimia reuerentia est species metus: quod probo sequenti ratione: metus est genus habens sub se multas species, vt docuimus supra in præambulis. n. 19. quarum vna est metus reuerentiæ; vt ibidem, & qui excipit metum, excipit omnes ejus species: nam genus comprehendit omnes suas species, tex. in l. 1. & in l. 2. §. mutuj datio. ff. si cedit petat. & ibi dd. & Zazius in tract. singularis responsor. c. 1. vbi latè, maximè. n. 35. & Euerard. in suis topicis legalib. c. à genere ad species. ¶ Cui rationi astipulatur secundò quia etiam si reuerêtia nimia non esset species metus, ille textus debet intelligi dè nimia reuerentia, sicut dè metu: quià in iure æquiparantur metus, & nimia reuerentia vt patet in d. §. quæ onerandæ. ibi: metu solo, vel nimia reuerentia. & in æquiparatis dispositum in vno, est dispositum in altero, vt latè Euerard. in suis topicis legalib. c. à paribus, æquiparatis. ¶ Et ita tandem, quia lex supereminens in vno trahitur ad alterum vt patet in l. si quis seruo. C. dè furtis. cum ibi notatis juncta.

l. vt

Lutrantum. ff. ed tit. ita dicit Alber. Bru. in tractatu fl. tutor. arti. 5. n. 121. & arti. 14. n. 5. & Aluisius de Albertis in singula. 288. vbi allegat ¶ Adhuc & tertio respondeo, arguendo à combinatione, & conjunctione duarum legum compréhendet ille textus casum reuerentiæ, jungendo illud capitulum quamuis pactum, dicto. §. quæ onerandæ. & sic supletur d. capitulum per d. §. quæ onerandæ. de quo argumento latè, & bene Euerard. dictis topicis legalib. c. à conjunctione, seu combinatione legum.

82 ¶ Neq; obstat, q ille. §. sit legis Ciuilis; quià juri Ciuili statur in foro Canonico in prophanis (prout hoc negotium meum est) quandò aliquid est claré decisum, & non reperitur immutatum de jure canonico per tex. expressu. in. c. 1. de noui oper. nunt. & Iass. in. l. cùm quis. n. 18. C. de jur. & fa. igno. & Nauarrus in manuali latino. c. 27. n. 286. vbi allegat. ¶ Et si huic responsioni non esset standum, esset danda differentia inter Ius Canonicũ & Ciuile, & ità vnaqueq; lex esset seruanda in suo foro, quod in hoc articulo nõ est admittendũ meo videri.

13 ¶ Neq; est curandum, quod illa opinio sit communis, quia inuento textu de ea non est curandum. l. Labeo. versi. sed & si. ff. de supellectili legat. & in. c. 1. de cōstitu. & Euerard. in suis topicis legalib. c, ab authoritate. n. 3. ¶ Neq; obstat responsio quam dat Angel. ad. l. pe. ff. de furt (quæ fuit fundamentum secundæ opinionis) dicendo: quod ille tex. non facit in fauorem ejus, quia ibi libertus non consensit expressè, sedq; solummodò tacuit, quasi velit facere differentiam intèr consensum tacitum, & expressum, contrà regulam juris, quod taciti, & expressi eadem est virtus, & potentia. Pèr tex. in. l. de quibus. in fi. ff. de legib. & in. l. cùm quid. ff. si cert. petat. & in. l. triticum. ff. de verbor. obligatio. & vtrobiq; notatur. ¶ Maximè quià si ille textus loquitur in tacente, habemus alium in expressè consentiente (quem pro. d. opinione allegaui) qui est. d. §. quæ onerandæ. & sic, quod vna lex non dixit altera disposuit, ideò cessat instantia dictæ responsionis Angeli.

RECAPITVLATIONES. §. 2.

Metus

METVS reuerentialis operatur tàm in prophanis, q̃ in spiritualibus. 1.
Metus reuerentialis in spiritualibus ita operatur in masculis, sicut in fœminis. 2.
Imperium patris vitiat religionem filij. 3.
Imperium parentum causat sufficientem metum ad inhabilitandum actum à libera voluntate depẽdentem. 4.
Intellectus. c. 1. §. fi. de desponsat. Impub. in. 6. 5.
L. si patre cogente. ff. de ritu nupt. corrigitur. 6.
Ius Canonicum in matrimonialibus, & alijs Spiritualibus est attendendum. 7.
Filij quo ad spiritualia non sunt in potestatte parẽtum. 8.
Lex Secularis potest in causis Spiritualibus allegari, sed non secundum ipsam diffiniri. 9.
Lex Secularis ex defectu potestatis non valet in causis Spiritualibus. 10.
Iuramentum præstitum metu reuerrentiali non valet. 11.
Reuerentialis metus excludit consensum præsumptum ex præsentia, & taciturnitate. 12.
Fallit. 13.

PARAGRAPHVS SECVNDVS nquibus causis operetur metus reuerentialis.

FINITA IAM SEcunda conclusione paragraphi suprà proximi deueniẽdum est àd tertiam conclusionem in qua examinãdũ est, in quibus causis operetur metus reuerentialis. ¶ Et est dicendum q̀ Angelus in.§.quadrupli. instit. dè actio. n.8. & 9. sentit q̀ solùm operatur in Spiritualibus, quià in eis requiritur voluntas libera, sed tamèn veritas est in contrariũ:quià Iura, & Doctores simpliciter loquuntur, neq; faciunt distinctionem intèr causas spirituales & prophanas, vt videre est in. d. l. 1. §. quæ onerandæ.ff. quarum rer.act.nondet.& in.d.l. pe. dè furt. ¶ Et cùm lex non distinguat, nec nos distinguere debemus. l. 1. §.generaliter. ff. dè legat. præstand.l.3.ff.dè.off.Præsid.glo.in authent. dè Iudicibus.§.oportet autè.verb.videri, collat.6.

Tiraquel. in Repeti. l. si vmq̃. C. dè rrouocand. donat. verb. libertus. n. 1. cùm mult. sequent.

¶ Itèm in Spiritualibus operatur tàm in masculis, q̃ in fœminis. vt dè masculis habetur
2 in. c. præsens clericus. 20. quæst. 3. vbi Papa liberauit à rreligione quendam clericum qui dè mandato patris eam intrarat. ¶ Et dè fœminis habemus textum à contrario sensu in. c. puellæ. 20. quæst. 1. & in. c. cum virum. dè rregularib. in quibus disponitur: q; puellæ quæ non coactæ imperio parentum suscipiunt habitum virginitatis, cum desserere non possunt. ergò à contrario sensu si coactæ imperio parentum, eum desserere possunt. ¶ Cùm contrarius sensus legis pro lege habeatur vt latè Euerard. in suis to-
3 picis legalib. c. à contrario sensu. ¶ Ex quibus juribus duæ deducuntur Regulæ. vna in specie rreligionis, altera in genere cujuslibet casus spiritualis. ¶ Primam educit glo. in. d. c. præsens clericus. verb. patrem. dicendo: q; solum imperium patris vitiat rreligionem filij àbsq; aliqua vi, vèl metu. quá glosam. (immemòres ipsius textus) sequuti sunt èx professò vtriusq;

V clasis

clasis doctores, Bar. (dicendo eam dicere veritatem) in d. §. quæ onerandæ. n. fi. Alexand. (dicendo eam singularem) in d. l. si cùm dotem. §. eo autèm tempore. n. 11. versi. puto. ff. soluto matri. Imola (dicendo eam continere æquitatem: quià dè facili minæ probari non possunt) in d. c. causam matrimonij. dè off. delegat. n. 11. idé dicédo eá nõ esse alibi) in d. §. eo. autèm tépore. n. 15. versi. aduerte tamèn. Iass. in authé. ingressi. C. dè sacrosan. Ecclesijs. dicendo eam non esse alibi idem Iass. (dicendo eá singularem, & peregrinam) in d. §. quadrupli inst. dè actio. n. 62. & Pirrus in l. nihil consensui. ff. dè rregul. Iur. versi. secundò metus. Hipolit. dè Marsil. (dicendo eam singularem) in l. vnica. C. dè rraptu virgi. n. 43. & in singul. 347. n. 2. Ioan. Igne. in l. 3. §. elegantèr. n. 166. ff. àd Silleyan. Euerard. (dicendo eam singularem) in suis topicis legalib. c. à matrimonio carnali àd spirituale. n. fi. in. 19. different. Xuarez (dicendo eam elegatem) in allegat. 24. n. 5. Menchaca in. qq. illustrib. c. 35. n. 17. Andreas Geil (dicendo eam singularem) in suis practi. obseruatio. lib. 2.

obseruà-

obſeruatio.93.n.24.Nauarrus(dicendo eam ſingularem)in ſuo manuali latino.c.22.n. 51. verſi. 4.dicit hanc communem Couarru.in.4. decretal.2.par.c.3.§.6.n.7. ❡ Neq; eſt curamdum dè Abbate nèq; dè alijs doctoribus rrelatis à Decio in.d. c. cauſam matrimonij. dè off. delegat. n.6.neq; dè Couarru.d.n.7. neq; dè Padilla in. d.l. interpoſitas.n.17. qui diſcedunt à prædicta gloſa:quià perperàm, & in aduertentèr loquuti ſunt: quià non loquuntur contrà ſimplicem gloſam, neq; contrà ſolam communem opinionem, ſed contrà ipſum textum expreſſum. in. d. c. præſens clericus. qui decidit expreſſè illud, quod notauit illa gloſa & ſic eſt deciſsio textualis, & non gloſæ, neq; communis opinionis.

4 ❡ Secunda rregula,quæ in genere deducitur eſt,quam educit Anto.dè Butrio in.d.c. cùm virum.dè rregularib.n.6.dicendo: quod parentũ imperium cauſat ſufficientem metũ àd inhabilitandum actum à libera voluntate pẽdentẽ. Quem rrefert, & ſequitur Angel.in.d. §. quadrupli. inſt. dè actio. n. 9. & ibi Iaſſ. n. 62. &

Pirrus in.d.l.nihil consensui.ff.dè rregul. jur. d. versi.secundò metus.& Alexand. in.d.l.si cùm dotem. §. eo autèm tempore. n.11. ff.solut.matri.

5 ¶ Ex quibus elegantèr infero interpretationem àd.c.1.§.si.dè desponsatio.impu.lib. 6. (vbi disponitur, q sponsalia contracta pèr patres prò filijs præsentibus,& tacentibus valeat, & obligent) q nòn procedat quandò filius tacuit dè mandato patris.

6 ¶ Infero secundò correctionem à d.l.si patre cogente.ff.dè rritu nuptiar.& àd doctores, qui eam sequuntur,&allegant(quæ disponit èx diametro contrarium nostris proximis rregulis, & interpraetationi, scilicet q valeat matrimonium cótractum à filio patre cogente) quià dispositio illa est contraria juribus Canonicis superiùs allegatis. ¶ Quià est Ciuilis, & sic non
7 attendenda:cùm in matrimonialibus. & Spiritualibus jus Canonicum, & non Ciuilesit attendendum, & obseruandum, vtpaßim ,& vbiq; doctores, maximè pèr Couarrub. in. 4.decretal. 2. pàr. c. 3. §. 8. pèr totum vbi latè. & Gam-

& Gamma in decisio. Lusitan. pri. par. decis.
8 314. à principio vsq; àd n. 4. ¶ Et filij quo àd spiritualia non sunt in potestate parentum. pèr
9 tex. in c. fi. dè Iudit. lib. 6. ¶ Vndè rrectè dixit Archidia. in c. statutū. dè rrescript. lib. 6. n. 6. ver si. quid si causa cōmissa est? Quòd lex humana pòtest in causis Spiritualibus allegari, sèd non
10 secundùm ipsam est diffiniendum. ¶ Et Iulius Clarus in lib. 4. §. Emphyteusis. n. 7. dicit: q. lex sæcularis èx defectu potestatis non valet, neq; dè ea curandum est in causis Spiritualibus.
11 ¶ Ex nostra principali conclusione (scilicet, q. metus rreuerentialis est justus, & operatur in causis Spiritualibus) in fero confirmationem àd Doctorés tenentes, q. juramentum metu rreuerentiali præstitum nō obligat, neq; tenet. qui sunt Bal. in l. etiàm. C. àd Velleyan. n. 3. & Hypolit. dè Marsil. qui eum sequitur in singul. 347. n. fi. vtrumq; rrefert, & sequitur Menchaca in. qq. illustrib. lib. 1. c. 35. n. 18. & Menchacam rrefert, & sequitur Marti. Castri. in annotat. fol. àd Masluer. in. tit. dè jurejur. n. 8.
12 ¶ Infero secundò: q. metus rreuerentialis

operatur in casu præsumptionis: scilicet, quòd impedit consensum aliàs præsumptum èx præsentia, vèl taciturnitate, seù patientia. tex. àd hoc est expressus in: d. l. pe. ff. dè furt. & tenet. dd. quos allegat Tiraquel. in. ll. Connubialib. glo. 5. n. 38. ¶ Quod fallit in causis matrimonialibus pèr tex. in. d. c. 1. §. fi. dè despōsatio. impub. lib. 6.

RECAPITVLATIONES. §. 3.

Metus rreuerentialis etiàm operatur in foro Poli. 1.
Etiā si nō sit tātus quātus requeritur in foro fori. 2.

§. TERTIVS AN METVS REVErentialis operetur in foro Poli?

1 

D QVARTAM CONclusionem accendendo (quæ sc habet, àn metus rreuerētialis operetur in foro Poli, sicùt in foro fori?) dico ꝙ sic vt tenet Sūm. Angelica in verb. met9 versi. quid si met9 sit solū. Quē rrefert, & sequitur

sequitur Ioan. Plotus in tract. dè in lit. Iur. §. 3. n. 91. & tenet Adrian. in. 4. dè rrestitut. quæst. 2, versi. èx his. ¶ Ampliatur in tantùm, quòd in foro Poli non rrequeritur tantus metus, quantus in foro fori vt Adrian. vbi suprà. quem rrefert, & sequitur Nauarr. in suo manuali lati. c. 17. in prin. n. 4. & 15. eundem, & Syluestrum rrefert, & sequitur Couarru. in rregul. peccatum. dè rregul. Iur. in. 6. 2. par. §. 3. n. 7. licet in hoc dè leui metu discedat Sarmiento tenendo contrariá opinionem in lib. 2. select. c. 11. n. 6. & 10.

RECAPITVLATIONES. CAP. quinti.

Potentia est duplex vna cū jurisditione, altera sine jurisditione. & qui sint potētes. n. 1 & n. 15.
Rex est persona potens àd metum inferendum. 2.
Iudices terrarum sunt potentes àd metum inferendum. 3.
Offitiales etiàm medioeres sunt potentes àd metum inferendum. 4.
Domini terrarum (vt Prælati, Duces, Marchiones, & alij similes) sunt potētes àd metū inferēdū. 5.

CAP. 5. DE METV POTENTIALI.

1 

XPLICATO IAM metu rreuerentiali, deueni-rè àd metum Potentialem necesse est. Prò cujus expla-natione est præmittẽdum: primò, q in hoc capite nòn trac-

tractatur dè potentia personæ priuatæ, quià dè hac potentia diximus in.§.4.secundi capitis sed personæ Publicæ, & habentis jurisditionem, quæ dat ei potentiam. ¶ Secundò præmito, q duplex est potentia, vna sinè jurisditione altera cùm jurisditione. vt Bar. in.l. interpositas. C.dè transactio.n.5.&.6.¶ Et ea, quæest sinè jurisditione subdiuiditur: q vna est sinè aliquo dominio seù rreuerétia.dè qua diximus in.§.4 secundi capitis. Altera cùm aliquo dominio, seù rreuerentia dè quadiximus.in Ca.suprà proximo cùm suis paragraphis. ¶ Tertiò præmitto, q potentia quæ est sinè dominio, seù rreuerentia non infert metum, tex.in.l.àd inuidiá.C. isto titulo.quem ità intelligit Bar.in.l. aufertur. §.quod à Præsidc.ff.dè jure Fisci.n.vnico.& Alexand.in.l.sipèr impresioné.C. isto ti.n. 3. quos rrefert, & sequitur Maranta in disputat.6. n.15. in fi. ¶ Quartò præmitto, q dè potentia cùm jurisditione est materia hujus paragraphi. & quod ista infert justum metum vt Bar. vbi suprà. ¶ Et personæ, quæ habent hanc potentiá sunt sequentes.

2 ¶ Primò Rex.in quo Populus omnē trāſtulit imperiū,& dominiū.tex.in.§.ſed,& quod Principi placuit.inſti.dè jure Natu.Gent.& Ciuil.

3 ¶ Item qui libet Iudex terrarum tex. in. d.l. ſi pèr impreſsionem. C. iſto tit.l.1.C.ſi Rector Prouint.facit.l.1. C. dè contract. Iudicum. quæ anullat contractus factos à Iudicibus. Burgos dè Paz in conſ.25.n.71.

4 Item offitiales Iudicum infernnt juſtum metum tex.in. l.1. C. ſi quacūq; prædit. poteſt.ibi. minacem. & ibi notat Bal.n.2. ¶ Etiàm ſi ſint mediocres offitiales,vt in his qui poſiti ſunt àd denūtiandū,& ſimiliū.quià dè his etiàm loquitur.d.l.ſi pèr impreſsionē.vt Bar.in.d.l.aufertur. d. §. quod à Præſide.d.n.vnico.ff. dè jure Fiſci.

¶ Item quilibet Dominus terrarum,vt ſunt Prælati, Duces, Marchiones. &c. Inno. in.c.ſi diligenti. dè præſcriptio. Gaſpar Calderin. in conſil.1. iſtius titul. pèr tot. Bal.in extrauag.dè pace Conſtant.§.pactiones.n.1.& Alij quos irre fert,& ſequitur Guido Papa indeciſsio. 407.n. 2. in medio. & in tract. dè præſumptio. n. 124. Burgos dè Paz.d.n.71.¶ Epiſcopus enim æquiparatur

paratur Duci, & Comiti, allegationes adducit Marant. in sua practi. in. 5. distinctio. jud. n.13.

6 Item Tyrannus, vt in exemplo posito per Bar. in.l.3.ff.ex quib.caus. maio.n.c idem expressius in.l.prohibere.§.Planè.ff.quod vi, aut clam.n.3. Abb.in.c.2.isto tit.n.3.Ancharran.in consil.299 n.1. Angel. in consil. 279. per totum. Afflict.in deciss.69.n.5.Albert.Brun.in consil.82.n.4. Roland.Valle in consil. 83. n. 27. volu. 2. Andreas Geil in pract. obseruatio. lib. 2. obseruatio. 93. n.19.Caballi.in suis mille loqui. c. 786. ad fin. ¶ Etiam si non sit solitus sæuire, aut minas exequi, vt prædicti Doctores in dictis locis.¶ Et in tantum, q non solum ejus jussus, sed ejus præces inducunt justum metum vt testatur Plato. quem rrefert Cicer.dicendo:non tam fucos hujus timeo, q̃ paredi necessitaté. Nam Tyrannorũ præces (vt ait Plato.) scis necessitati admixtas esse. qué rrefert, & sequitur Erasmus in suis Chilia. prouerbio. Præces armatæ. & tenet Abb.in. c.cũ dilectus, isto titul.n.8.¶ Quod cõprobatur ab ejus significatione, & vita Nam Thesaurus

X 2 linguæ

linguæ Latinæ in verb. Tyrannus dicit: Tyrannus apud veteres dicebatur Dominus omnem habens potestatem in subditos. quod etiàm dicit Lucas dè Penna in. l. militaribus. C. dè Decurio. lib. 10. n. 1. & . 2. vbi dicit: Tyránus est, qui violenta Dominatione Populum premit. vbi etiàm plus dicit: ꝙ Tyrannus nihil actum putat, nisi leges euacuet, & Populum in seruitutē deuocet. & ꝙ Tyrannus est aduersariæ fortitudinis, & Luciferariæ prauitatis imago. & alia multa; quæ hic non rrepeto. ¶ Cujus vitam describit Cicer. dè amicitia. n. 48. dicendo: hæc est enim Tyrannorum vita: nimirum inqua nulla est fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia, omnia semper suspecta, atq; solicita sunt, nullus locus est amicitiæ. ¶ Dè quibus, & eorum vita etiàm habemus. l. 10. ti. 1. par. 2.

7 ¶ Amplia; ꝙ non solùm isti potentes, sed eorum loca Tenentes, & Nuntij, & Comissarij inferunt justum metum: vt Bar. in. l. dè pupillo. §. siquis ipsi Prætorian. 19. ff. dè oper. noui nunt. & alij. dd. quos rrefert, & sequitur Areti. in cō. 24. n. 7. &

n.7.& Marant.in disputatio.6.n.33.

8 ¶ Amplia secundò, etiàm si tales personæ non inferant minas, vèl verbera, sufficit enim Potentia, licet non deueniantur àd actum pèr ea, quæ traddit Areti, in.d.consil.24. à n. 9. vsq; àd.13. quæ rretuli suprà in.cap.proximo.sub n.5. ibi.cõfirmo etiàm rrationibus adductis àb Aretino.& Marant.d.n.33.

9 ¶ Ampliatur tertiò etiàm si contractus fiat àd vtilitatem tertij argu.tex. in. l. venditiones. C. isto tit. èx suj generalitate, & pèr illum tex. ità tenet Alexand.in.d.l.si pèr impressionem.n.4.& Marant.d.n.33.

10 ¶ Limitantur primò prædictæ conclusiones, quandò prædicti Potentes habent potestatem, & potentiam solummodò in habitu, & non in actu: quià tùnc eorum potentia non operatur neq; in ducit justum metum tex. in.l. àd inuidiam. C. isto tit. vbi quià Senatores habent potentiam solùm in habitu, & nòn in actu non in ferunt justum metum.

11 ¶ Secundò limitantur quandò (etiàm si habeant potentiã in actu) nòn sunt ita poteres, q.

posſint metum in ferre illi cui dicitur metus illatus pèr tex.in.l. penulti. ff. dè furt. & pèr ea, quæ dicemus infrà capite octauo.§.3.n.18.

12 ¶ Tertiò limitatur, ſi perſona eſt multùm loquens, & modicum faciens vt Bar.in.l. metũ C.iſto titulo.

RECAPITVLATIONES. CAP. ſexti.

PER fidia quæ ſit. 1.

Metus perfidiæ verſatur circà perſonas, quarũ perfidia probabilitèr nobis nocere poteſt. 2.

Medici perfidia timenda eſt.

Chirurgi perfidia timenda eſt. 3.

Pharmacophlæ perfidia timenda eſt. 4.

Phlebotomi perfidia timenda eſt. 5.

Barbitonſoris perfidia timenda eſt. 6.

Obſtetricis perfidia timenda eſt. 7.

Aduocati perfidia timenda eſt. 8.

Procuratoris perfidia timenda eſt. 9.

Nuntij ſeù) perfidia timenda eſt. 10.

Aparitoris)

Tabelionis

CAPVT SEXTVM DE METV Perfidiæ.



1 N HOC LOCO SE offert nobis examinandus metus perfidiæ. ¶ est autē perfidia, violatio fidei, vt videre est in Lexicone Theologico verb. Perfidia. ¶ Et sic Perfidus est, qui fidem violat, vt dicto Lexicone vbi suprà, & Thesaurus linguæ Latinæ verb. Perfidus.

2 ¶ Versatur iste metus generalitèr circà personas, quarum perfidia probabilitèr nobis nocere potest. Quià omnes casus non possunt in spetie decidi. tex. in. l. nòn possunt. Cùm lege sequenti. ff. dè legib. ¶ Pono exemplum in

Medico dùm curat infirmum quià ejus perfidia justè timetur. tex. express. in l. Medicus. ff. dè var. & extrà ord. crimi. tex. in l. Archiatri. C. dè professor. & medi. lib. 10. & Rofred. Beneuent. in tract. ordin. Iudit. par. 5. tit. dè off. jud. prop. quod rreuocat. rres data medico. pèr totum. vbi ponit formam libelli. glo. 1. & Bar. in l. interpositas. C. dè transactio. n. 5. & ibi Roman. n. 10. & ibi Altiat. n. 20. Iass. in. §. quadrupli. inst. dè actio. n. 57. & ibi Zazius. n. 10. & alias allegationes adducit Azebedo in. l. 7. pèr totam. tit. 16. lib. 2. Recopilat. & in. l. 10. n. 1. cod. titul.

3 ¶ Iddem dicendum est in Chirurgo, dùm curat infirmum, quià eadem est rratio in eo, quæ in Medico.

4 ¶ Iddem dicendum est in Pharmacopola, dùm est in actu mittendi sua pharmaca infirmo. quià eadem rratio militat in eo. Et dùm hæc scriberem habui notitiam, dè quodam pharmacopola, qui ita occidit quemdam infirmum.

5 ¶ Iddē dicendū est in Phlebotomo, dū venā infirmo pertūdere vult: quià eadē est rratiò.

¶ Iddem

6 ¶ Iddem dicẽdum est in Barbitonsore, dùm trahit, vel trahiturus est nouaculam circà guttur illius quem tendit. Quià eadem est rratio.

7 ¶ Iddem dicẽdum est in Obstetrjci, dùm est in actu obstetricandi. Quià eadem èst rratio.

8 ¶ Iddem dicendum est dè Aduocato, dùm lis agitatur. pèr tex. in. d. l. 7. tit. 16. lib. 2. Recopilat. & ibi Azebedo pèr totam. & Roman. in. d. l. interpositas. n. 11. C. dè transactio.

9 ¶ Iddem dicendum est dè Procuratore: quià potest colludere cùm aduersario. eadem rratione qua in aduocato. & Roma. vbi supra.

10 ¶ Et an iddem dicendum sit in Nuntio, seù Apparitore monet dubium, quià Ias. in. l. sennium. C. qui testa. facer. poss. n. 2. in fi. & Petrus Royz in decissio. Lituani. deciss. 2. n. 42. rreferunt: ꝙ Bal. in. c. cùm parati. dè appellatio. n. 2. dicit: ꝙ leue damnũ afferre potest. si ergò leue damnum afferre potest non timebitur justè ejus perfidia. sed tamèn Bal. non dicit illud, sed dicit: ꝑ creditur vni nuntio jurato, vbi agitur dè paruo præiuditio. & sic malè rrefertur a prædictis Doctoribus in prædictum sensum. & èx

Y illa

illa doctrina Baldi, & ex Petro Royz vbi suprà n. 43. cùm sequentibus (vbi determinat, quòd Nũtius, seu Apparitor magnũ damnum nobis afferre potest) corollariè sequitur, quòd ejus perfidia in [illegible] justum metum.

11 ¶ Iddem dicendum est dè Tabellione: quià secundùm Baldum, & Petrum Royz vbi suprà proximè magnum damnum afferre potest.

12 ¶ Iddem dicendum est dè quocumq; Administratore, cui rres nostra administranda tradditta est.

13 ¶ Iddem dicendum est dè Magistro Nauis vbi rres, seù persona nostra geritur: quià potest Nauem perdere, seù in diuersam, seu inimicorũ Prouintiam defferre. dè quo fui factus certus à patre meo, quòd ei, & alijs militibus (qui èx bello Genuensi cùm magnis spolijs Hispaniam petebant) ità accidit, vbi spoliati fuerunt à prædictis diuitijs.

14 ¶ Iddem dicendum est dè Capitaneo, qui habet Exercitum sub potestate sua.

15 ¶ Iddem dicendum est dè Præside alicujus Castri, seu fortalitij. & sic dè similibus.

RECA-

RECAPITVLATIONES. CAP. septimi.

CAVSA quælibet justa inducit justũ metum causa justa quæ dicatur. Ibidem. 1.

Lemures, & tetræ Imagines inducũt justũ metũ. 2.

Vis fluminis inducit justum metum. 3.

Pestis inducit justum metum. 4.

Exercitus adueniens inducit justum metum. 5.

Bellum inducit justum metum. 6.

Domus minans ruinam inducit justum metum. 7.

Domus altera minans ruinam supèr domum, quam quis in habitat inducit justum metum. 8.

Prædictæ conclusiones declarantur: quòd conductor teneatur nuntiare domino. 9. & n. 10. 9.

Fallunt prædictæ conclusiones si causa timoris aderat tempore conductionis. 10.

In cendium alterius domus inducit justum metum, vt possit domus media destrui. 11.

Vis vẽtorũ inducit justũ metũ, vt possit quis rrũpere funes alterius nauis ád suã cõseruandam. 12.

Periculum suarum mertium est justus metus, vt quis alienas merces projciat in mare. 13.

CAP. 7. DE METU ALIARUM causarum.



1 ESTAT NUNC ULTIMÒ dè metu aliarum causarum, & occasionum præter metum legis, & hominis disserere. Cujus campus latus est, quià nulla lege circunscriptus. ¶ Et in primis sese offert nobis textus celebris & Capitalis in materia in.l. habitatores. §.fi.ff.locati. Cujus verba sunt: iterùm interrogatus est, si quis timoris causa emigrasset, debere mercedem necne? Respondit: si causa fuisset cùr periculum timeret, quamùis periculum verè non fuisset, tamèn non debere mercedem. sed si causa timoris justa non fuisset, nihilominùs debere. Ecce: quomodò generalitèr diffinitur si causa fuisset cùr periculũ timeret. ergò quotiescùmq; fuerit causa, erit & causatus metus. ¶ Et sic quælibet causa, quæ Iudici videbitur justa cujuscumq; qualitatis, & naturæ fuerit sufficiet. ¶ Tùm, quià lege non est diffinitum, quæ causa sit justa. & quod lege nõ

diffinitur Iudicis arbitrio rrelinquitur, vt adducit Menochius in prohemio sui tractatus dè arbitrar. Iudi. n. 51. ¶ Tùm quià quis metus sit justus ejus arbitrio committitur, vt diximus suprà. c. 2. §. 1. n. 5. ¶ Et ideò doctores in varijs locis varias ponunt causas pèr hoc rresponsum.

2 ¶ Nam Christophorus Portius in. §. fi. inst. dè locat. n. 6. ponit causam Lemurū (quos Hispanè *Duendes*, *y Trasgos* vocamus) & ibi decidit justam esse causam timendi. sicq; practicatum testatur Couarru. lib. 4. variar. rresolu. c. 6. pèr totum. & tenet etiàm Padilla in. l. 1. C. dè transactio. n. 12. & Anto. Gomez. dè contract. cap. dè emptio. & venditio. n. 3.

3 ¶ Et Baldus in. l. licet. C. dè locato. n. 7. ponit causam, & exemplum in vi fluminis.

4 ¶ Et Abb. in. c. proptèr sterilitatem. dè locato. n. 8. & Portius vbi suprà n. 7. exemplificant in causa Pestis. dicendo esse justam causam inquilino àd rrecedendum. Et Abbatem rrefert, & sequitur. Socin. in consil. 44. volu. 1. n. 4. & dicit comuné Ripa in tract. dè Peste. 2. par. n. 17. immò & possunt compelli exire, & amplius

non intrare vt Luduui. à Peguera in decis. criminalib. decisi. 8. n. 10. & 11.

5 ¶ Et sic potest exemplificari in aduētu exercitus. qui inducit iustum metum. vt est tex. in. l. item quæritur, in prin. versi. exercitu veniēte. ff. locati.

6 ¶ Potest etiàm exemplificari in bello. nā bellum inducit iustum metum tex. in. c. ex transmissa dè præsumptio. & ibi Abb. n. 7. & Bar. in. l. naturaliter ff. de vsu capio. n. 22. Idem Abb in consil. 3. volu. 2. n. 6. versi. sed his.

7 ¶ Item etiàm quandò domus quam quis in habitat minatur rruinam: quià èx eo inducitur iustus metus. tex. express. in. l. qui bona fide. §. dè illo quæritur. ff. dè damno infect. & ibi glo. verb. èx conducto. tex. etiàm. in. l. inquilino. d. tit. dè damno infect. Immò & violentèr poterit extrahi pèr. tèx. in. c. ipsa pietas. 23. quæst. 4.

8 ¶ Item est iusta causa, si domus alia minetur rruinam supèr domum conductam. Ità probat tex. in. l. in hac stipulatione venit. ff. dè da. infec.

9 ¶ Est tamèn aduertendum àd prædictas cōclusiones, q̄ in his casibus inquilinus, seù colonus

nus tenetur denuntiare domino dictam migrationem, & ei traddere claues, ſeù conſignare, aliàs tenetur àd penſionem vt Doctores quos allegat Padilla.in.d. l. 2. C. dè tranſactio. n.13.prò quibus eſt tex.expreſſ.in.d.l. itèm quæ
10 ritur.in prin.verſi.exercitu.ff.locati. Quod eſt intelligendum, quòd teneatur ſi dominus paſſus ſit aliquod damnum, èx eo q; non fuerit ei facta denuntiatio:ſèd ſi nullum paſſus ſit damnum,àd nihil tenebitur,vt Ripa in tract.dè peſte.2.parte.n.23.

11 ¶ Fallunt prædictæ concluſiones primò, ſi cauſa timoris aderat antè conductionem vt. glo.in.d. §. fi. dictæ legis : habitatores.ff.locati. verb. verè. ¶ Quæ fallentia ſimplicitèr mihi non placet, ſèd cùm diſtinctione: quòd aũt ſciuit conductor:& tùnc procedat dictum gloſæ,& nr̃a fallentia : prout in ſciente tenet Ioan. Igneus in Repetitio.l. Contractus.ff.dè rregul. jur.quẽ rrefert,& ſequitur Ripa vbi ſuprà.n.36. Aũt conductor ignorauit, & tùnc nõ procedat dictũ gloſæ,neq; nr̃a fallẽtia. ¶ Eo qui à locator tenetur vitiũ rei locatæ conductori patefacere

tex.in.l.sed addes.§.1.ff.locat. ¶ Alias fallentias ponit Ripa vbi suprà à.n.27.vsq; àd.46.quæ, & si in specie Pestis loquantur, erit iddem in alijs causis, in quibus militat eadem rratio.quas hic non rrepeto:ne eum hic transcribam.

12 ¶ Item Incendium alterius domus inducit justam causam timendi, vt posit domus media destrui.tex.in.l.siquis fumo.§.1.ff. àd legem Aquil.tex.in.l.2.ti.15.par.7. Et Petrus Royz. in decis.Lituani.3.decis.n.207.cùm sequent.

13 ¶ Item vis Ventorum inducit justam causam timendi, vt posit quis rrumpere funes alterius Nauis àd suam conseruandam tex. in.l. quæmadmodum.§.item Labeo.ff.àd leg.Aqui. & Petrus Royz. vbi suprà proximè.

14 ¶ Itèm periculum suarum mertium est justa causa timendi, vt quis alienas merces proijcere posit in mare tex. express. in. l. siquis seruandarum.ff.dè præscript.verbis.& Pet. Royz. vbi suprà.

RECAPITVLATIONES.
CAP. 8.

Fallentiæ

F *ALLENTIAE ponuntur in hoc capite àd duas Regulas noſtræ materiæ.*

CAP. 8. DE DVABVS FALLENTIJS àd duas Regulas ſuperiores.

1 VPRA IN CAPITVLO ſecundo. §.1. n.1. conſtituimus duas Regulas. ¶ Primam, qua diximus metum juſtum rregulariter eſſe ſufficientem in omnibus, & per omnia. ¶ Alteram, qua diximus metum leuem nihil operari. Et promiſsimus hoc in loco apponere fallentias vtriuſq; Regulæ: vndè vt promiſſum abſoluamus, ſequentes paragraphos ſubnectemus, in quibus adamuſim Deo adjuuante prædictarum Regularum fallentiæ inuenientur.

RECAPITVLATIONES. §. 1.

Captus

Captus àb hostibus in bello justo tenetur adimplere cõtractũ factũ super libertate cũ domino, & rredire si laxatus fuerit cùm pacto dè rredeũdo. 12.

Fortalitium habens potiùs debet pati mortẽ, q̃ illud hostibus tràddere. 13.

Rebellis est qui pèr metum rrebelionem facit. 14.

Hæreticus est, qui pèr metum committit hæresim. 15.

Marius Salomon arguitur. 16.

Miles primus in acie fugiens, vel infirmitatem metu hostium simulans capite puniendus. 17.

Seruus Dominum deserens metu mortis non excusatur, quià debet salutem Domini suæ propriæ anteponere. 18.

Vassallus Dominum deserens metu mortis excusatur, quià propriã salutem potestante ponere salutì Domini. 19.

Vassallus potest se à Domino eum injuriante deffendere, secùs eum castigante. 20.

Deffensio facti denegatur, vbi offensio est licita 21.

Deffensio facti licet sit dè jure naturali, èx causa justa potest tolli. 22.

Famulus liber à Domino conductus potest à Domino castigari, non tamèn injuriari. 23.

Famulus liber conductus an possit Dominum occidere, si aliter non potest mortem vitare? 24.
Famulus liber conductus an possit salutem suam Domini saluti anteponere?
Lex humana justa obligat ad mortale. 25.
Libertus an possit salutem suam Domini saluti anteponere. 26.

§. PRIMVS. DE FACTO VBI peccatum mortale committitur.



1 PRIMA FALLENTIA sit in facto, in quo mortale cõmititur peccatum. Quià tùnc temporis nullus metus etiàm mortis excusat facientem. Ita probat tex. in c. Lotharius Rex. 31. quæst. 2. tex. etiàm in c. sacris. isto tit. glo. vnica. in c. 2. isto tit. in prin. & ibi Hostiens. verb. coactus. & Couarru. in 4. decretal. 2. part. c. 3. §. 4. n. 3. & hanc esse rreceptam conclusionem sinè controuersia apùd omnes tàm Philosophos, quàm Theologos, & Iuris prudentes testatur Marius

Salomon

Salomõ in.l.2.ff.de legib. versi.in hoc jure tàm vario. Et Cordoua in suo quæstionar. lib. 1. quæst.29.pèr totam. ¶ Et vltrà rrationem, quá Couarru.adducit èx Aristotele ego alteram affero (scilicet) quià peccatũ est mors Animæ & potius debet seruari vita Animæ, q̃ Corporis. vt dicit Abb.in.d.c.2.n.6.& in.d.c. sacris.n. 5. isto titulo.

2 ¶ Et vt hanc conclusionem sciamus (prout periti scire debèt) vltrà illud, quod Menochius latè & benè differuit in suo tractatu de arbitrar.Iudi.lib.2.centur.4.cap.354.pèr totum, est sciendum, q̃ Lex duodecim Tabularum, & Lex Acquilia pugnabant intèr se. ¶ Nam Lex duodecim Tabularum etiàm seruos in his noxalibus dominis parere nolebat. ¶ At Lex Acquilia eis(nisi fecissent) perituris parcebat. vt videre est in.l.2.§.is.qui nõ prohibet. ff. de noxalib. ¶ Vltrà hanc pugnam alia non minor inerat intèr ipsos legum latores. Nam Papinianus (qui fuit tempore Caracallæ Imperatoris anno.200. à natiuitate Domini) lib.1. diffinitionum dicit: lex est delictorum (quæ spontè vel ignorantia

contrahuntur) coertio. vt patet in. l. 1. ff. de legib. Idem dixit Martianus (qui fuit contemporaneus Papiniani) sequutus Demosthenem oratorem: qui antè eos illud dixerat, vt habetur in. l. 2. ff. de legib. si est coertio eorum, quæ sponte committuntur à contrario sensu non erit coertio eorum, quæ metu commituntur. Cùm contrarius sensus legis prò lege habeatur per. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. ¶ Et Iulianus (quem sequutus est Vlpianus) qui fuit post Papinianum, & Martianum (nàm fuit tempore Alexandri Imperatoris anno à natiuitate Domini. 230.) tenuit in vtroq; casu siuè sponte, siuè metu delictum commissum puniri. vt videre est in. d. §. is qui prohibet. d. l. 2. ff. de noxalib. & sic èx diametro isti legum latores pugnant. ¶ Et ipse Vlpianus lib. 71. àd edict. dixit: àd ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris ignoscitur seruis: si dominus, vel ijs, qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus, & curatoribus) obtemperauerint: vt habetur in l. àd ea quæ non habent. ff. de regulis juris. ¶ Superuenere posteà Iura Imperatorum,

rum, quæ mediam viam elegerunt: quià neq; impunitum reliquere, neq; pena ordinaria (sed mitiori) puniere. vt patet in.l.seruos. C.ad Leg. Iul.dè vi Publi. vbi Valentinus, & Theodosius rrescripserunt: seruos violentiam committentes vltimo supplicio adficiendos, sed id metu dominorum perpetrantes metallo damnados. & in.l.2.C.dè sepul.violat. vbi Costantinus seruũ sepulchri violati rreum metallo addicendum constituit, sed domini jussione facientem rrelegandum. ¶ Ius verò Canonicum antiquum simpliciter disposuit iddem, quod Vlpianus (scilicet) prò nullo metu malum esse faciendum. vt patet in.d.c.Lotharius Rex.31.quæst.2. & in.c.ità nè.32.quæst.5. ¶ Sed jus nonum se ad normam Imperatorum rredegit, vt patet in. d. c.sacris.isto tit. Cujus verba sunt: licet metus at tenuet culpã, quià tamèn eã nõ prorsus excludit. &c. ¶ Et sic rresolutio est, q̃ prò nullo metu est faciẽdũ aliquod factum cõtinens peccatum mortale, sed si factũ fuerit, nõ pœna ordinariã, sed mitiori puniẽdũ. vt patet èx dictis juribus. scilicèt èx.d.l.Seruos. & èx.d.l.2. & èx.d.c.sacris

Quá rresolutioné tenent. Tiraquel. in tract. dè pœn. tẽperád. caus. 36. n. 3. & Petr9 Roiz in decisionibus Lituanicis decisio. 3. a. n. 205. vsq; àd. 232. qui multos casus ibi ponit. ¶ Istam Resolutionem Couarru. nititur distinguere, seù melius loquendo, confundere in. 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 4. n. 7. dicẽdo: eam procedere in grauibus solummodò, & non in atrocioribus. ¶ Prò cujus intelligentia est sciendum: q̃ delictorum quædam sunt læuia, quædam grauia, quædam grauiora, quædam grauissima. vt doctores in. l. læuia. ff. dè acusat. & pèr Bar. in. l. non solum. § si mandato. ff. dè in jur. n. 7. ¶ Hoc præsuposito ego nolo acquiescere distinctioni Couarru. Tùm quià. d. l. seruos. loquitur in violentia, prò qua imponitur pœna mortis, quod est delictũ grauissimum secundùm distinctionem Bartoli. d. n. 7. Tùm quià. d. c. sacris. loquitur in distinctè, & generalitèr est intelligendum. tex. in. l. dè pretio. ff. dè publitia. glo. in. c. 2. dè conjugio leprosor. verb. generali. Tiraquel. in prin. l. si vnq̃. C. dè rreuocand. donat. n. 66. Tùm quià Doctores simplicitèr trãseunt cùm hac nostra rresolu-

rresolutione non distinguendo vt in suprà allegatis, & patet ex Luduuico Carrerio in sua practica criminali super parte de homicidio. §. sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius.n.4. ¶ Et ista sunt addenda Iulio Claro in pract.crimi.§.fi.quæstio.60.n.17.

3 ¶ Ampliatur nostra principalis conclusio, quod non solùm sit punibile factum continens peccatum mortale quanto cumq; metu mortis fiat, sed etiàm si contineat solum modò peccatum veniale: quià neq; istud impunè committitur, etiam si metu mortis naturalis committatur. tex.in.c.primum.& in.c.nè quis 22.quæst.2. Abb.in.d.c. sacris. isto tit. n.5. & Sanctus Thomas secunda secundæ. quæstiono.arti.3. Couarr. vbi suprà.n.3.

4 ¶ Quæ nostra conclusio principalis, & ejus ampliatio debent intelligi, & procedunt, quandò àb aliquo compellimur alterum lædere, nõ autèm quandò contrà aliquem nos lædere volentem deffensione vtimur, quià tùnc non cõmittitur peccatum, neq; irregularitas. tex.in.l. vt vim.ff.dè Iust.& jure. & in cle. si furiosus. dè

Aa homi-

homicidio. ita dicit, & intelligit Abb. in d. c. sacris. n. 5. & in c. Dde vit. & honesta. cleri. n. 2. & Petrus Roiz in decisiq. Liquani. decis. 3. n. 199. cùm sequent. & Iulius Clar. lib. 5. sententiar. §. homicidium. n. 24. ¶ Rationem differentiæ ponit Abb. vtrobiq; dicendo: q quandò quis occidit suum agressorem potiùs videtur pati, q̃ agere, & q agressor videtur potiùs à se ipso occisus q̃ àb agresso.

5 ¶ Et in tantùm deffensio est licita, q etiàm si agressus diligentèr animi concientiam examinauerit, ea q; fecerit, quæ àd salutem spirituale sunt à fidelibus agenda, posit occidere inuasorem, quem scit esse òb illam inuasionem in peccato mortali. vt tenent Ioan. Maior, & Soto. quos rrefert, & sequitur Couarru. in. d. cle. si furiosus in. 3. par. §. vnico. n. 1. in fine. vbi rreprobat eos, qui contrà sentiunt. ¶ Non tamèn negatur esse tùnc magis meritorium permitere se occidi, q̃ occidere. ex. c. non est nostrum. 23. quæst. 5. & èx alijs. dd. quos rrefert, & sequitur ipse Couarru. in. 4. decretal. 2. par. c. 8. §. 12. n. 17.

rrepro-

rreprobatò Paulo Castren.qui contrarium voluit ¶ Sed contrà nostram intelligentiam insurgit glo.in.d.l.vt vim.verb,nàm jure.dùm tenet, q̄ illa lex procedit dè jure fori; non coeli. cui fauere videturDoctrina domini nostri Iesu Christi.in Euangelio Mathei.c.5.dicentis: ego autèm dico vobis non rresistere malo: sed siquis te percusserit in dexterá maxillam tuam, præbe illi & alteram. ¶ Sed tamèn rresolutio est, q̄ intelligentia nostrà est vera,& q̄ prædicta glosa perperàm loquuta est,idèo q; communiter rreprobatur à Doctoribus ibidem, & àb alijs quos rrefert,& sequitur Couarru.in. d.cle. si furiosus.dè homicidio.3.part. §. vnico. n.1.& Frater Cordoua in suo quæstionario.lib.1. c.38. vbi latè tractat materiam. ¶ Neq; obstat prædicta authoritas Euangelij, quià nòn aduersatur nostræ conclusioni, vt patet èx distinctione Episcopi Abulensis super d. c.5. quæst. 358. Cujus verba (quià àb omnibus non habetur) hic trāscribam: dicit enim: aùt fecit animo nocendi: aùt solùm animo deffendendi. Si animo nocendi peccat; quià rrepugnat hoc charitati.

 si autèm

si autèm animo defendendi rrem suam non peccat: quià hoc potest stare cum charitate. Si tamèn videat aliquis improbitatem volentis inferre injutiam, vel dannum: & quòd non potest rresistere ei, nisi malum inferendo, licitum est infirmis (idest imperfectis) hominibus hoc facere, licet non debeant occidere aliquem, vt rres suas deffendant (vt ostendimus suprà. quæstio. 110.) quam libet tamèn aliam impugnationem facere licet, & hoc dè Iure Dinino. dè Iure autèm Humano impunitus est qui occiddrit latronem in via, cùm non possit alitèr rres suas liberare. si autèm est perfectus, debet abstinere: & potiùs debet pati, quòd tollantur sibi temporalia bona, aùt inferantur in juriæ, q̃. rresistere, quandò rresistendo timet, quòd sequantur indè vulnera, aùt mors, vèl pereat charitas intèr proximos, & in hoc est perfectio, velle potiùs temporalia bona perdere (quæ deffendere licitum est) q̃. proximo nocere, vel charitatem ponere in periculo. & istam perfectionem tangit Christus hic. vndè dicit Augustinus lib. dè sermo. Domini.

quòd

quòd justa Phariseorum erat minor (scilicet) non excedere modum vindictæ. hæc autem est incohatio pacis, & perfecta pax, talem penitus nolle vindictam. vndè ponuntur Gradus circà justitiam, & in justitiam in rretributione. Primus est, q rredatur maius malum prò minori malo. Medius est, æquale malum rredere. Perfectus gradus est, nolle malum rredere. Sunt autèm intèr istos alij Gradus, vt omnes cō prehēdantur, dicendum est, quòd sunt sex. gradus in hoc: Quorum primus est, malum in ferre illi, à quo nihil suscepimus, & iste maximè à justitia distat. Secundus est, cùm læsus rrependit malū prò malo, & tamèn trependit plus, q̄ passus est, & istud est malum, licet minus. Tertius est cùm læsus malum rreddit tantum quantum passus est, & iste nō solum licitè, sed etiam misericorditèr, si plus potens in ferre, voluit solum æquale rrependere. Quià grauius puniri debebat, qui priùs alium offendit. Quartus est. quandò læsus rrependit, minùs tamèn, q̄ suscepit. & iste pertinet àd misericordiam. Quintus est, quandò læsus nihil vult rredere, sed

gremittit,& iste magnæ perfectionis est. Sextus est, quandò non solum non rretribuit malum, sed etiàm paratus est maiora mala sustinere, & iste est gradus perfectissimus, istum Christus posuit dicens: non rresistere malo, nā non dixit, non vos vindicantes, sed non rresistere malo, quod est permittere, cum plura mala infferre si voluerit. dè his etiàm gradibus tangitur. 23. quæst. 3. c. sex differentiæ. Dicendum tamèn est, quandò quæritur generalitèr an liceat rresistere malo? Quòd vindicare prò malo iàm suscepto non est sempèr licitum. rresistere tamèn malo (quod est prohibere eum, ne mala faciat) omnibus hominibus licitum est, & omni tempore, immo est meritorium, vt non permitatur proximo peccare, nisi quandò èx deffensione timetur scandalum aliquod, vel ꝙ charitas periclitabitur: quià tùnc saltèm perfectis viris non est licitum rresistere. Hactenùs Episcopus Abulensis.

6 ¶ Et in tantum ampliatur nostra intelligentia, & conclusio (scilicèt ꝙ occidere inuasorem nō sit peccatum) ꝙ sacerdos celebrans missam si agres-

si agressus occiderit inuasorem alitèr mortem vitare non valens, poterit manibus sanguinolentis missam perficere. ita dicit Elias Reg. in expositione casus. d. cle. si furiosus, & Ioan. dè Lign. in tract. dè justo bello. quem rrefert, & sequitur Abb. in. d. c. 2. dè vita, & honesta. cleri. n. 2.

7 ¶ Est tamèn aduertendum àd materiam deffensionis, & ampliationum ejus, q debet intelligi, q sit fienda cùm moderamine inculpatæ tutellæ, pèr tex. in, l. 1. C. vndè vi. ¶ Et quandò dicatur fieri cùm moderamine inculpatæ tutellæ deffensio, nititur explicare glo. in. d. l. 1. verb. moderatione, dicendo: q istud moderamen consideratur circà tria. Primò circà modū se deffendendi. Secundò circà tempus. Tertiò circà causam deffensionis. quos tres modos latè prosequitur Bologn. in consil. 36. versi. verùm si dicatur. & Blancus in practi. criminali folio mihi. 146. n. 2 vbi dicit cōmuniter teneri, prout rrefert, & sequitur Iulius Clarus in lib. 5. sententiar. §. homicidium. n. 34. & etiàm latè prosequitur Luduui. Carrer. in sua pract. crimi[illegible]

tract. dè homicidio. §. circà quartum. n. 2. quem hic nõ rrepeto quià àb omnibus haberi potest. ¶ Sèd tamèn rresolutio est, ꝙ tùnc dicitur moderamen inculpatæ tutellæ, quandò alitèr se deffendere non potest. tex. express. in. l. scientiá. §. qui cùm alitèr. ff. àd Leg. Acquil. quam adducit Bar. in. l. furem. ff. àd Leg. Cornel. dè Sicar. n. 3. & in. d. l. 1. C. vndè vi. n. 7. & Ioannes Milleus in sua practica criminali in secundo teste. n. 15. & Angel. dè malefi. verb. & dictus Titius se deffendendo. n. 7. & Nauarr. in suo manuali latino. c. 15. in prin. n. 3. ¶ Et pœna excedentis modum est arbitraria, vt Menochius in tract. dè arbitrar. lib. 2. Centur. 3. cap. 278. pèr totum.

8 ¶ Ad nostram principalem conclusionem (quæ se habet potiùs mortem naturalem esse subeundam, q̃ peccatum mortale, seù veniale committendum) rredeundo, rrefferre libet aliquas quæstiones, & illationes annectere. ¶ Et inprimis rreferam quatuor quæstiones à Mario Solomone explanatas in. d. l. 2. ff. dè legib. versi. hinc pulchræ quæstiones. ¶ Prima est àn fame periturus possit àb excomunicato cibum petere?

petere? Quam quæstionem antè eum tetigit Abb. in. d. c. sacris. isto tit. n. 4. ¶ Secunda àn lapsus in puteum nè ibi pereat posſit àb excomunicato opem petere? ¶ Tertia eſt àn proffeſſus (qui carnes prohibetur manducare lege proffeſſionis) ſi venit in eum locum vbi nulla alia rre niſi carne cibari poteſt, poſsit vti carnibus, nè fame pereat. ¶ Quarta àn juſſus à Tyranno occidi ſi àb eſu carnium abſtinuerit, àn poſsit eis vti? Et Reſpondit communiorem opinionem Theologorum, & Canoniſtarum eſſe vt in tribus primis caſibus licitum ſit id facere. in quarto autèm non. vbi adducit aliquas hiſtorias veteris Teſtamenti dè Iudeis, qui proptèr famen porcinas carnes contrà legis prohibitionem impunè ſumpſere. & dè Dauid qui panibus propoſitionis vſus eſt. & dè Machabeis qui potiùs mortem ſubiere, q̃ carnes à lege prohibitas dè mandato Regis Antiochi guſtare voluerint. ¶ Rationem differentiæ inter vnum, & alteros caſus aſsignant. dd. (vt ipſedicit) quià multum differt, Naturæ obedire nè pereat, vèl in contemptum Diuinæ Legis

hominibus magis, q̃ Deo ob mortis timorem placere, sicùt aliud est se ipsum occidere, aliut àb alio jugulari, ¶ Antonius autèm de Butrio in d. c. sacris. isto tit. n. 9. in fine dat aliam (scilicet) quià primo casu (& iddem est dicendum dè duobus sequentibus) principium mouens mortem venit àb intrà: nàm patiendo mortem proptèr famem quis disponit in se ipsum, ita q̃ videtur se ipsum occidere: èx quo potest sibi subuenire. sèd in vltimo casu principium mouens mortem venit àb extrà, quià alius minatur, & iste videtur pati, & non agere. ¶ Abbas etiàm ibidem. n. 7. dat aliam rationē dicendo: quià maleficia distinguuntur proposito, & voluntate: & sic qui communicat cùm excomunicato proptèr famem, non agit cùm eo communicare, neq; committere iniquitatem, sèd principaliter subuenire necessitati suæ. is qui communicat proptèr metum, agit committere iniquitatem, quià àd ipsam committendam compellitur, quam committere non debet.

¶ Ego autèm addo prædictis casibus alium casum

casum (scilicet si quis est justè damnatus, vt fame moriatur, non peccat sumendo cibum sibi ministrantum, quià non sumere esset se ipsum occidere, quod non licet. ita dicit Stephan. quē sequitur Ancharran. in cle. 2. dè rrejudicat. n. 13. Quod confirmo pèr. dd. tenentes ꝙ justè condemnatus àd mortem, seù aliam pœnam possit fugere carcerem àbsq; pecato, quos rrefert Azebedo in Rubrica dè legibus. quæ est tit. 1. lib. 2. Recopilat. n. 15.

9 ¶ Infert q; ibidèm Marius Salomō in versi. dè viris bonis: ꝙ aduocatus potiùs debet subire mortem, q̃ nocentem deffendere, aùt innocentem condēnare. vbi adducit exemplum dè Papiniano Iuris consulto, qui potiùs voluit àb Imperatore Caracalla occidi, q̃ ejus jussu parricidam quemdam excusare. ¶ Et exemplum Quinti Mutij Sceuolæ Auguris, qui truculento Syllæ rrespondit potiùs passurum mortem, q̃ Caium Marium (à quo Vrbs, & Italia seruata fuit) hostem judicare.

10 ¶ Infert etiàm ibidèm (in versi. hæc fortissimum) contrà milites Rhodios, qui Clarā Rho-

dum, & Reipublicæ Christianæ satis vtilem, ac necessariam Turcis traddidere, quià priùs debebant sub mœnibus illius occumbere.

11 ¶ Inferunt q; dd. correctionem àd Accursium in. l. si familia. ff. si famil. furt. fecis. dicatur verb. agi potest. in fine, vbi dicit: q; si seruus inuitus paruit, periturus si non paruisset, nullum esse delictum. ¶ Et àd Cynum in. d. l. 1. C. vndè vi. n. 8. qui sequendo Petrum tenet iddem, quod Accursius. ¶ Et àd Bart. in. l. 2. §. is qui. n. 1. ff. dè noxalib. vbi. iddem tenet. ¶ Quos rreprobat Abb. in. d. c. sacris. n. 5. & Tiraquel. in. d. tract. dè pœn. temperand. caus. 36. n. 3. & Petrus Roiz. d. decisio. 3. n. 198.

12 ¶ Infero q; ego metum captiuitatis, neq; mortis non excusare captum àb hostibus in bello iusto quin teneatur adimplere contractus àb eo super rredemptione sua celebratos, tex. in. l. nàm, & Seruius ff. dè negot. gest. notat optimè Fortun. Gartia in. l. conuentionum. ff. dè pact. quem sequitur Couarru. in. 4. decret. 2. par. c. 3. §. 4. n. 13. ¶ Namq; hæc decisio innititur fundamento illo q; hosti seruanda sit

fides,

fides, etiàm à priuato præstita, vt ibidem Couarrub. qui adducit allegationes. n. 14.

¶ Inferoq; etiàm, q; si captiuus rrelaxetur pacto, seù juramento, q; rreddat àd mortem subeundam, si justè erat captus tenetur rreddire aliàs non. tex. in cle. 2. versi. notorium. de rrejudicata juncta glo. verb. pèr violentiàm, & ibi Cardinal. n. 1. versi: quartò nota: & ibi Ancharrá. n. 12. & 13. & ibi Imolam. n. 6c. ¶ Quod cõfirmo autoritate. dd. dicètiũ: q; justè cõdemnat9 àd morté, seù aliá pœna nõ posse fugere à carcere absq; peccato morta. quos rrefert Azeb. in Rnb. dè legib9. (quæ est) tit. 1. lib. 2. Recop. n. 25.

13 ¶ Inferoq; etiàm, q; si aliquis habet à Rege seù àb alio Domino Fortalitiũ, vèl Turrim, potiùs debet omnia mala pati, àc etiàm mortem naturalem, q̃ eam hostibus traddere, seu inimicis Domini sui, & si contrà fecerit tenetur crimine Læsæ Majestatis. tex. express. in. l. 6. & 12. tit. 16. par. 2. Cujus verba non transcribo, quià àb omnibus habetur. Super qua lege fecit mirabilem tractatum (sermone Hispanno) *El Doctor Antonio Aluarez.*

Bb 3 ¶ In-

¶ Infero q; etiàm correctionem àd Gigantem, & àd alios, quos rrefert in tract. dè Rebell. lib. 3. quæst. 4. tenentes non esse Rebellem, qui pèr metum rrebelionē fecit. quià potiùs debet pati mortem, q̄ tale quid committere.

85 ¶ Infero q; hæreticum esse qui pèr metum hæresim committit. quod & comprobatur pèr Palat. Rub. in tract. dè rretent. Reg. Nauarræ par. 3. §. 1. & 2. pèr totos. Licet excusetur, si in corde, & animo seruauit se Catholicū. vt adducit Rojas in suo tract. dè hæreti. pri. par. n. 108. & 2. par. n. 276. assersio. 29. & sic excusatur Aaron à vitulo conflatili. Exodi. cap. 31. vt ibi glo. interlinealis, & ordinaria, & Nicolai dè Lyra. quæ doctrina mihi est suspecta dicente Euangelio Mathei. c. 10. qui negauerit me coràm hominibus negabo, & ego eum coràm Patre meo. prout Rospondit beatus Gordius amicis suis persuadentibus, vt fidem verbis negaret, vt se à morte temporali liberaret, & eam corde rretineret, vt patet in ejus vita quæ habetur sermone Hispano *en la hagiographia, y vidas de sātos del Doctor Iuā Basilio Sātoro* in 3. die mēsis Ianuarij.

¶ Infero

16 ¶ Infero q; etiàm cauendum à Mario Salomon.in.d.l.2.ff.dè legib.in quantùm verba græca Demosthenis rrelata àb illa lege alitèr in Latinam linguam vertit, q̄ ipse textus vertit, Nam textus exponit: coertio eorum (quæ spontè, vel ignorantià) delinquntur. ipse verò exponit: coertio autèm voluntariorum, & inuoluntariorum peccatorum. dè quà tradductione non est curandum: multiplici rratione. ¶ Prima quià legis tradductio à nobis seruanda est. c. 1. dè constitutio. Euerard. in suis topicis legalib. c. àb autoritate. n. 2. ¶ Secunda quià Budeus ibi transit cùm tradductione illius legis. & iddem fecit Altiat. vir linguæ Græcæ satis peritus in lib. 4. dispunctio. c. 14. ¶ Tertia quià isthæc dictio in voluntarium est terminus æquiuocus: quià significat omne illud, cōtrà quod rremurmurat voluntas, vt dicit Scotus in. 4. sententiar. dist. 14, quæst. 1. arti. 3. & sic comprehendit, tàm quod ignorantèr fit, q̄ quod coactè fit. vt suprà diximus in euidentialibus. n. 30. quam òb rrem ipse Marius Salomon ibi dèm subnectit tractatum dè inuoluntario pèr ignorantiam. & cùm

posśimus vti terminis proprijs,&particularib9, non debemus vti æquiuocis, òb euitandã obscuritatem,& confusionem.pèr tex. juncta glo. in.c.erit autem lex.4.distinct.vbi dicitur, q lex debet esse manifesta, nè aliquid pèr obscuritatem in captione contineat,& glo.verb. captione.dicit: nè aliquis captiosè posśit eam interpretari. ¶ Et sic dicit Bal. in.l. præcibus. C. dè impuber.& alijs substi tut.n.58. versi. neq; obstat dictio: q confusè, & obscurè posita nihil operátur. ¶ Et Boetius dicit:quod multipliciter intelligitur, ejus veritas ignoratur. quem rrefert,& sequitur Socin.Iun.in.l.1.ff.dè acquiren.posśesśio.n.241

17 ¶ Infero etiàm Militem (qui in acie primus òb timorem,& metum hostium fugit, vèl languorem simulat) capite puniendum. tex. in.l. omne delictum. ff.dè rre Militari.

18 ¶ Infero etiàm Seruum non excusari, si metu mortis non tulit opem Domino.eo quià debet salutem Domini suæ propriæ saluti anteponere pèr tex.expresś.in.l.1.§.juxta.ff.dè Senat.Cósult.Sillaniã.& pèr.l.cùm Dominus·eoti. ibi. & objectu

objectu corporis. & glo. in c. vnico. dè alienat. pater. feud. §. nō est consuetudo. verb. potuerit. & Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amittat. in prin. n. 8. & ibi Affict. n. 18. & præposit. n. 5. & Euerard. in topicis legal. c. à seruo àd Monachum. n. 11. & tex. in l. 5. ti. 21. par. 4. & in l. fi. ti. 8. par. 7. & Gregor. Lopez. in l. 2. ti. 19. par. 2. glo. 6.

19 ¶ Quod non procedit in vassallo: quià potest propriam salutem anteponere saluti Domini vt glo. 1. in prin. in d. c. 1. quib. mod. feud. amitt. quā ibi sequitur Hernia. n. 4. & Bal. n. 8. & Afflict. n. 18. præposit. n. 5. Glo. etiàm in c. vnico. dè alienat. pater. feud. verb. potuerit. d. §. non est consuetudo. Quam sequitur Iacobucius dè Franchis. in c. 1. quib. mod. feud. amittat. n. 6. tenet etiā Albert. Brunus in consil. 185. versi. tertiò. volu. 2. & Euerar. vbi. suprà. & in c. à liberto àd vassallum. n. 12 & est communis opinio teste Alberi. quem sequitur Greg. Lopez in d. glo. 6. licet glo. d. §. juxtà. verb. saluti eorum. contrarium tenuerit arguēdo dè seruis àd vassallos, quæ in hoc errauit.

¶ In tantùm, q̄ potest vassallus se à Domino deffedere cum non castigante, sed in jurjante,

vel injuria offendente. vt traddit Albet. Brun. in cósil. 176. pèr totum. volu. 2. vbi id optimè tractat, & deffendit. ¶ Quod nō poterit facere, quādò eum voluerit castigare, & non injuriare.

21 ¶ Quià quandò offensa est licita, deffensio facti denegatur vt Bar. in. l. facultas. n. 3. C. dè Iure Fis. lib. 10. quem rrefert, & sequitur Ioan. Milleus in. d. sua practica in secundo teste. n. 20. Detius in. l. hoc jure. ff. dè rregul. jur. n. 3. quem rrefert, & sequitur Bossius in suis tracta, varijs tit. dè plurib. violent n. 75. & Nauarrus in. d. manuali lati; d. c. 15. versi. qui peccant. n. 8.

22 ¶ Nàm deffensio facti. (licet sit dè Iure Naturali per. d. l. vt vim) tamèn èx causa tolli potest. vt traddit benè Nellus in tract. dè Bannitis in. 2. parte secundi temporis. n. 2. vbi allegat. & in. n. 49. in versi. quibus sic rrespondetur.

23 ¶ Et quià non erit. àbsrre quid in famulis liberis hominibus conductis tenendum sit explicare? Dico, ꝙ hos famulos Dominus potest parcè, & moderatè (non tamen in juriosè) castigare, tex. in. l. rrespiciendum. §. 1. ff. dè pœnis. tex. in. l. 9. ti. 8. par. 7. si autèm injuriosè voluerit

castigare,

castigare, planum est, q in isto casu deffendere se poterint, quià non jurè fit, & patet à cõtrario
24 ex d.l. partitæ. ¶ Sèd quid si Dominus voluerit eos occidere, & alitèr mortem vitare non possint, nisi Dominum occidendo an possint eum occidere? ¶ Prò cujus declaratione est primò examinandum àn isti famuli in deffensione Domini possint saluté propriam saluti Domini anteponere? Vel è contrà? & Doctores quos rrefert, & sequitur Gregorius Lopez in l. finali. ti. 8. par. 7. in glo 1. tenent q possint propriam salutem Domini saluti anteponere, quã opinionem etiàm tenet Matient. in l. 2. ti. 5. lib. 5 Recopilatio. glo. 3. n. 1. & 2. Sèd ego teneo contrarium, immò, q teneantur salutem Domini saluti suæ anteponere. & hoc probo pèr ipsam legem partitæ, quæ expresse id disponit cujus verba sunt: *Acorrer deuen los siruientes, è los sieruos dè casa del señor &c.* & subdit: *è esse acorrimiẽto les deuen fazer amparãdolos con sus manos, o con armas, ò poniẽdose en medio dè aquellos que los quieren matar* ecce: quomodò textus ipse expressè disponit quid agere debeant isti famuli: *que son*



los Siruientes. ¶ Neq; facit contrà istam legem partitæ.l.cùm dominus.ff. àd Sillanian. Quam prædicti doctores allegant pròse. Immò contrà eos facit, & pròdicta lege partitæ. & sic contrà eos eam rretorqueo. dicit enim: cùm dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet, & armis, & manu, & clamoribus, & objectu corporis &c. ¶ Illam dictionem familia exposuit lex. partitæ *siruientes, y sieruos*. Et magis clarè.l.6. tit. 33.par.7. ¶ Et si talis expositio. àb illis legibus facta non esset, ita esset facienda pèr tex. in.l. Aediles.§.familiæ.ff.dè.Aedilit.edict.cujus verba sunt: familiæ appellatione omnes (qui in seruitio sunt) continentur, etiàm liberi homines, qui bona fide ei seruiunt. & facit tex. in. c. fi. dè verbor. significatio..in. 6. Et ibi Doctores. ¶ Et sic decisio ista (scilicet q; isti famuli liberi teneantùr salutem Domini suæ propriæ anteponere) textualis est, & non opinio mea. ¶ Hoc sic præsupposito etiàm primæ tendum est, quod in numero suprà proximo diximus: q; possunt isti famuli se à Domino injuriante deffendere. ¶ Quid ergò dicendum est in questio-

quæstione nostra? Respondeo ꝙ si Dominus famulum istũ vult occidere injuriosè, & famulus alitèr mortem vitare non potest, ꝙ possit Dominum occidere, etiàm si sit Rex, vel Papa, & est communis vt Plaça dè delictis. 1. par. c. 28. n. 7. versi. illud. quem rrefert, & sequitur Iulius Clarus in lib. 5. sententiar. §. homicidium. n. 30. licet in hoc dè Rege, & Papa deuiet Soto dè justitia, & jure. lib. 5. quæs. 1. arti. 3. proptèr majus malum Rei Publicæ. cui astipulatur Nauarrus. dè deffensio. proximi. n. 24. quibus ego accedo. Si autèm justè vult eùm occidere, potiùs debet mortem pati, q̃ Dominum occidere: quià occidendo Dominum peccat mortalitèr; cùm illicita sit deffensio vbi justa est offensio vt diximus suprà n. 21. & tenet Iulius Clarus vbi suprà.

25 ¶ Et transgresio etiàm legis humanæ justæ obligat àd peccatum mortale, vt videre est pèr Abbatem in. c. 1. dè costitu. n. 9. & in Nauarro. in suo manua. lati. prælud. 9. n. 7. cũ sequẽt. ¶ Ne q; obstat, ꝙ tenetur famulus salutem Domini saluti suæ anteponere, quià aliud est fidelita-

temDomino debitam adimplere moriédo prò ejus deffensione, aliud se àb injuriante deffendere.

26 ¶ Dè liberto asserit Euerard.in top.legal.c.à liberto àd vasallum n.12. non teneri salutem Domini suæ anteponere.pèr.l.hæ demum.ff.dè oper.liberto. quæ lex id nō probat.sèd ego distinguo:aùt est manumissus liberalitate Domini, & tunc ꝙ teneatur. aùt pretio rrecepto, & tùnc procedat opinio Euerard. judicare enim debemùs dè liberto liberalitate Domini', sicut dè seruo ne Dominus òb liberalitatem suam periclitetur.pèr tex.in.l.nè liberalitate.ff. dè rre judi.immo,& si volueris tenere in distinctè cōtrà Euerardum habes rexrum optimum in.l.Titius.ff.dè obsequijs parent.& patro.præstandis, quem benè nota,& signa. multùm enim differunt libertus, & vasallus. vt videre licet pèr Iustum Reube.in tract.dè testib.in.2.par.n.110. & sic Zazius lib.1. singul. Responso. cap.3.n. 88.dixit non procedere argumentum dè liberto àd vassallum. & Baibat.in.c. causam matrimonij.dè off.delegat.n.12.in fi.

RECA-

RECAPITVLATIONES, §. 2.

METVS ân operetur in sacramentis inquibus imprimitur caracter? n. 1. & n. 27.

Ordo sacer pèr metum, conditionalem susceptus ân valeat? n. 2. & n. 5. cùm seq. vsq; ad fi. §.

Concilij Tolentani dispositio circà off. Ecclesiastica pèr metum suscepta, n. 3. & n. 33.

Concilium particulare disponens supèr illud, quod tangit omne in vniuersum dicitur Concilium generale. n. 4. & n. 33.

Authoritas, nec multitudo Doctorum non debet nos mouere... 6.

Metus non operatur in Baptismo, ideò Baptizatus pèr metum tenetur stare fidei. 7.

Episcopus aliquem ordinans, vel consecrans pèr metum punitur. 8.

Voluntas coacta voluntas est. n. 9. & n. 25.

Continentia est in sacro ordine. n. 10. & n. 26.

Ordinatus pèr metum rrecipit caracterem. 11.

Caracter imprimitur in anima, & est indelibilis. 12.

Voluntas libera rrequiritur in spiritualibus. 13.

Voluntas libera quandò rrequiritur, non sufficit voluntas sinè qualitate libera.

In dubiò prò libertate sententiandum est. 14

Opinio humanior est tenenda in varietate. 15

Humanius nihil est, q̃ quis fruatur libertate, quam Deus sibi dereliquit.

Regulæ sempèr stare debemus, quandò non inuenitur exceptio expressa. 16.

Opinio coherens rregulis juris est tenenda in varietate opinionum. 17.

Capitulum. dè Iudeis. 45. dist. nòn potest in duci in argumentum àd sacros ordines, 18.

Argumentum à simili rrequirit duo copulatiuè.

Dissimilitudinem quæsint, quæ causent.

Argumentum dè Baptismo à l ordines non procedit, quià in multis differunt. n. 19. vsq; ad n. 24.

Differentiæ intèr Baptismum, & ordinem Sacrum.

Fides non contemnitur, etiàm si ordinatus in sacris contrahat matrimonium.

Matrimonium est vnum deseptem sacramentis legis Euangelicæ.

Castitas est in matrimonio.

Baptismum est sacramentum salutis, & necescitatis

tis copulatiuè. 20.

Ordo Sacer est Sacramentum salutis, sed non necessitatis.

Papa dispensare potest cùm ordinato in sacris, vt contrahat matrimonium. 21.

Papa non potest dispensare, quòd non baptizatus consequatur vitam æternam.

Fides est summè priuilegiata, & in ejus fauorem multa statuuntur contra regulas juris. 22.

Arguere non licet dè materia priuilegiata, àd non priuilegiatam.

Baptizatus paruulus non potest desilire â Batismo adueniente pubertate. n.23.

Paruulus ordinatus in sacris recipit caracterem, & adueniente pubertate potest desilire àb ordine.

Capitulum. vbi ista. non disponit supèr validitate ordinatorum pèr metum. 24.

Capitulum. meritò. loquitur dè actibus, in quibus sufficit voluntas simpliciter. 25.

Votum ânsit in suceptione Sacri ordinis. 26.

Impressio caracteris, & obligatio multùm differunt inter se. 27.

Argumentum quodlibèt corruit data instantia. 28.

Hostiensis prius compsuit summam, & posteà composuit lecturam. 29.

Doctoris variantis standum est vltimae opinioni.

Scoto priùs composuit tractatum dè Iustitia, & Iure, & posteà commentaria supèr Magistro sententiarum. 30.

Opinioni Doctoris pèr transennam non est standum.

Opinio Doctoris variantis ea est tenẽda, quae latiùs, & copiosiùs, examinata est.

Tutiùs illud est, quod dè iure veriùs est. 31.

Obtinens benefficium debet promoueri àd Sacros ordines intrà annum, alias priuabitur eo. 32.

Lex sacularis nihil valet in spiritualibus.

Concilium Tolletanum praesupponit, quòd illi qui inuiti fuerunt promoti àd offitia Ecclesiastica posteà rratificauerunt. 33.

Gratia non suscipitur àb eo, qui nòn habet animum, sed postq̃ habet animum, & voluntatem.

Metus purgatur pèr subsequentem voluntatem.

Concilium Tolletannum fuit particulare, & non potest trahi extrà territorium suum.

Dè autoritate Conciliorum particulariũ remissiuè.

In

In Concilio Toletanno non fuit tractatum negotiū pertinens ad omnes in vniuersum.
Negotium Fidei, seu status Ecclesiæ vniuersalis tangit omnes in vniuersum.

§. 2. AN IN ACTIBVS SACRAmentorum in quibus imprimitur caracter operetur metus?



ECVNDA FALLENtia est in actibus Sacramentorum, in quibus imprimitur caracter, quià in his metus neq; annullat, neq; rrescindit. ita dicit Abb. in c. iuisto tit. n. fi. idem Abb. in c. maiores. §. itèm quæritur. dè Baptismo. n. fi. & Præpositus in. c. consultationi. dè sponsal. n. 2. & Sarmiēto in tract. dè rredirib. Ecclesiæ. pri. par. c. 4. n. 7. & Nauarr. in manuali latino. prælud. 6. n. 6. & l. 32. tit. 6. par. 1. dè cujus veritate in sequēti illatione videbitur.

2 ¶ Ex qua fallentia inferri potest, ꝙ ordinat9 ordine Sacro per metum conditionalem nullo

modo possit ab eo desilire, quam quæstionem habui de facto, & ob eam, hanc materiam me tus radicitus euolui, & obid, hunc tractatum cōposui, quam ob rrem, eam Magistraliter ex plicabo. & dico sic: q in hac quæstione duplex est opinio. ¶ Prima congruens Hostiē fallentiæ (hoc est, q ordo Sacer per metum conditionalem susceptus ita afficit ordinatum, quod prætextu metus non potest ab eo liberari) ita firmat Goffred. in sum. tit. de ætate, & qualit. or di. n. 11. Quem sequutus est Hostiens. in sua sum. eod. tit. de ætat. & qualitat. n. 5. Idem Hosti. in d. sua sum. tit. de Bap. n. 11. Et Goffredum sequutus est Abbas (tacito Hostiense) in. d. c. maiores. d. §. item quæritur. de Baptis. n. 5. vbi dicit: ita communiter teneri. hanc etiam opinionem tenet summa Pisanna, vt testatur (eam sequendo) Syluest. in sua sum. verb. ordo. c. 4. n. 1. ¶ Eam dicit dexteriorem opinionem Soto de Iust. & jure. lib. 7. quæst. 2. artic. 5. in fi. ¶ Eam dicit tutiorem Gregor. Lopez in l. 32. ti. 6. par. 1. verb. *que le tomaran el beneficio.* ¶ Facit pro hac parte. d. l. 32. Cujus verba sunt: *que si alguno fa-*

zen premia que rrecib a ordem, amenazandole, que le tomaram el beneficio sino se ordenare, maguer que el consienta por tal miedo como este, pues rrecibio la orden de fuera, ya finca el alma dentro señalada por ella: de manera que es tenudo de biuir sin casamiento (si a la sazon que lo ordenaron no era casado) por que la orden sagrada a tal virtud, que maguer no prometa de guardar castidad el que la rrecibe, tenudo es de mantenerla.

3 ¶ Facit etiàm Concilium Tolletanum octauum, vbi extat dispositio in hæc verba: quicumq; (etiàm si inuiti) àd Ecclesiasticarum offitia Dignitatum assumuntur, desferere (quam semel rreceperunt) gratiam, donumq; nequaquàm audeant. Siuerò àd con jugia, mores q; sæculi rreddire attentauerint, omni Ecclesiastica Dignitate priuentur, & Apostatæ habeātur, & in Monasterio (donèc vixerint) sùb pœnitentia detrudantur.
4 ¶ Prò quo Concilio facit: quod dici posit Vniuersale (licet sit Particulare) quià istud negotium in Vniuersum videtur pertinere. Et quotièns rres, quæ tractatur in Concilio Particulari pertinet ad omnes in vniuersum,

tale Concilium ab aliquibus vocatur Vniuersale, vt rrefert Conrradus Brunus intractat. dè Legatio. lib. 5. c. 3. antè medium.

5 ¶ Secunda opinio. partem contrariam (scilicet, q; iste ordinatus non sit astrictus, neq; obligatus ordini, ita q; posit matrimonium contra here) tenet glo. 1. in. c. vbi ista. 74. dist. & ibi Hugo, & Ioan, & Bernard. & Archidia. n. 2. & Præposit. in sum. illius distinctionis. n. 2. & Turrecremat. etiàm ibidem n. 2. altera glo. in. d. §. itē quæritur dicti capituli. maiores. dè Baptismo. verb. conditionalitèr. & ibi Ioan. Andre. n. & Vincent, & Philip. & Anto. dè Butrio. n. 7. & Cardinal. Zabarel. n. 1. versi, quæro. & Henrri. Boic. n. 7. tenet etiàm Imola in. d. c. sacris. isto ti. n. 7. & Barbat. in Consil. 60. volu. 1 quē sequitur Rebuffus in concordat In Rub. dè Regia àd prælat. nomina, faciend. §. 1. verb. spontè & Gaspar Calderi. in consil. vnico titul. qui cler. vèl vouet. in fine. tenet etiàm summa Angelica in. verb. ordo. c. 3, §. 4. Et Raimund. in suasum. tit. dè ætat, & qualitat. ordinand. quē nefe11, & sequitur Astexa, in sualū. lib. 6. ti. 2. arti. 4. quæst. 4. tenet

tenet etiá Ruinal.& summa Rossella prout rref fert Syluest.d.verb.ordo.el.4. n.1.tenet & nouissimè Nauarr. in suo manuali latino. c.22. n. 51. versi.facit in supèr. ¶ & èx fautoribus primæ opinionis nòn deffuerunt; qui palinodiam dè cantarent: nàm Hostien. postq̃ summam finiuit, composuit lecturam super Decretalibus, & tetigit hanc questionem èx professo in.d.c maio res.colum.pe.supèr ver.conditionalitèr volens. & amplexatus est hanc opinionem. ¶ Et Soto. in.4 sententiar.dist.25.quest.1.arti.2. conclus.3. versi. finali incipit hinc autèm. vbi postq̃ àd vtramq; partem eam ventilauit, in hãc se rresoluit. ¶ Et Gregor. Lopez vbi suprà licet dixerit contrariã sæcuriorẽ,fatetur hanc esse dè jure veriorem.& ita obtinui pèr tres sententias.

¶ Ecce quot,& quanti Doctores fauent hu-
6 ic opinioni (juncta pratica) quam òb rrem satis tuta,& sæcura, & certa potest rreputari. sèd cùm apùd mesit trupha authoritate, & multitudine præliare;&vincere.quià nõ èx ea,sèd èx rratione moueri debemus vt latè ostẽdo in me is varijs rresolutionib9 cap dè authori.glosarũ, & Doctorũ ideo accingor àd examen rrationũ

vtriusq; partis. ¶ Et primò ponam rrationes primæ opinionis .& secundò rrationes secundæ opinionis. vltimò rresponsiones àd rrationes primæ opinionis, vt secunda rremaneat tuta, & deffensata.

7 ¶ Prima ratio primæ opinionis est, ne Ordo videatur contemni. argu. tex. in. c. dè Iudeis. 45. dist. vbi textus disposuit: ꝙ Iudei cogantur tenere fidem, quam coacti, susceperunt: nè nomen Domini blasfemetur: & Fides (quam susceperunt) vilis, àc contemptibilis habeatur. & sic videtur hæc rratio sumpta à simili.

8 ¶ Secunda est, argu. tex. in. d. c. vbi ista. 74. dist. vbi Papa arguit Archiepiscopum Rauennatis ecclesiæ, quià quemdam pèr vim cõsecrauit in Episcopum. & subdit hæc verba: denuntiamus autèm, ꝙ si pòst hoc tale aliquid præsumpseris, & aliquem talẽ siuè Episcopum, vel Presbiterum, vel Diaconum inuitum facere posse credideris, ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Aemiliẽsis noueris auferẽdas. Nihil tamèn dè ordinatis, vel cõsecratis disposuit. Quasi dicat: ꝙ teneantur ordine, vel cõsecratione.

¶ Tertia

9 ¶ Tertia rratio est tex.in.c.meritò.15.quæst. 1.èx quo deducitur rregula: q; coacta voluntas, volunras est.

10 Quarta est, quià dicunt quidam, q; votum continentiæ est annexum sacro ordini. argu.c. Diaconi. 28. dist. vbi tex.in principio loquitur dè ordinandis protestantibus se velle habere vxores: quià nòn.possunt continere, & posteà subdit hæc verba: quicumq; sanè tacuerint, & susceperint manus impositionem proffessi continentiam, si posteà àd nuptias peruenerint, à ministerio cesare debebunt. ¶ Poterant allegari ad hanc conclusionem alia meliora Iura, quæ sunt: tex.in.c.cùm olim.dè cleri. conjugat. ibi: votum continentiæ. & tex. in. c. vnico. dè voto lib.6. ibi: illud solum votum debere dici solemne quantùm àd (pòst contractum matrimonium) dirimendum, quod solemnizatum fuerit pèr susceptionem sacri ordinis. & ibi èx eo noctat Domini.n.5.

11 ¶ Quinta, & vltima rratio est (quæ Abbatè, & Sarmientum, & legem partitæ mouit) q; ordinatus pèr metum conditionalem rrecipit

caracterem, & q̄ caracter imprimitur in anima, & est indelebilis vt tex. in. c. quod quidam. 1. quæst. 1. & ibi glo. verb. amittit, & hodiè est tex in. c. 4. sess. 23. Sacri Concilij Trid.

12 ¶ Expositis iàm rrationibus primæ opinionis ad rrationes secundæ deuenire necesse est. ¶ Et Doctores prò ea vnicam tantùm adducūt rrionem: scilicet: quià integritas corporis rres est voti, & non præcepti, & suaderi potest, imperari autèm nòn tex. in. c. integritas. 32. quæst. 1. & in. c. perlatum. isto ti. Et sic continentia nòn est ni si voluntaria. c. antè triennium. 31. dist. c. præsens clericus. 20. quæst. 3.

13 ¶ Et quià ego huic secundæ opinioni adhæreo, eam alijs inconuincibilibus rrationibus fulciam. ¶ Et ideò sit secunda: rratio; q̄ in spiritualibus rrequiritur (non voluntas simplicitèr) sed cùm hac qualitate libera: vt dicemus infrà c. 9. n. 3. Et quotienscumq; rrequiritur voluntas libera, nòn sufficit voluntas sinè ista qualitate libera. tex. in. c. Pissanis. dè rrestit. spoliat. tex. in. d. c. maiores. in. d. §. item quæritur. dè Baptis. & ibi èx eo notat. Abb. n. 4. tex. in. c. cùm

cùm locum. dè sponsalib. & ibi Abb. n. 7. in fina lib. verb. & Præposit. n. 1. Glo. in. c. notificasti. verb. licentiam. 33. quæst. 5. quam dicit menti te nendam Abb. in. d. cùm locum. n. 6. infi. glò. 1 in c. 1. dè. stat. rregul. lib. 6. verb. spontanea. Anto. dè But. in. c. 2. isto titul. n. 7. & ibi Abb. n. 8. & Imola. n. fi. idem Abb. in. c. 1. dè rregular. n. 1. & Bal. in. c. 1. isto tit. n. 1. Præposit. in. c. ex parte. dè sponsalib. n. 4. Oroscius in. l. si pèr errorem. ff. dè iurisdi. omni. Iudi. n. 9. vsq; àd fin. Marius Salomon in. l. 2. ff. dè legib. versi. hinc est, ꝙ contractus. Alphonsus à Veracruce in speculo conjugio. 1. par. arti. 8. n. 2. Decius in. c. cũ. M. ferrariẽsis. dè constitu. n. 118. cùm sequent. Et pèr hãc rrationem istã partem tenuit Barbat. quem sequutus fuit Rebu. vt supra diximus. n. 5.

14 ¶ Tertia rratio sit, ꝙ in dubio prò libertate est sententiandum tex. in. c. èx literis. dè probatio. & ista opinio fauet libertati, ergò ea est tenenda.

15 ¶ Quartam adduco rrationẽ: ꝙ in varietate opinionum ea est tenenda, quæ humanior est tex. in. c. 2. dè cognat. spiritual. & ibi èx eo notat

Abb.n.3.tex.in.l.placuit,ff.dè Iudic.l. cùm antiquitas.C.dè vsu,& habitat.l. fi.qui bon. ceder. poss.& alia Iura,quæ adducit Decius in. c. 1. dè constit.n.24.in prima lectura. Quid igitur humanius,q̃ꝙ quis fruatur libertate, quam Deus sibi dedit Genes. c. 4. ibi : sub te erit appetitus tuus noxius,& tu dominaberis illius.& est tex. magis expressus in Euangelio Lucæ.c.15. vbi filius petiuit à patre portionem,quæ sibi contingebat.vbi Thomas dè Trugillo in sua parte prima Thesauri Concionat.in Sabbatho pòst secundam Dominicam Quadragesimæ dicit: omnes ferè Doctores concordant dicentes hàc portionem substantiæ, quæ tanta facilitate, & liberalitate concessa est,esse liberum arbitrium. ¶ Et quòd Deus vnum quemq; dimittit in sua libertate,& libero arbitrio. videte Laurentium Iustinianum libro dè comtemptu Mundi.c.8. Quem ibi allegat Thomas dè Trugillo. ¶ Et cùm Iura proclamét, ꝙ non sit rres æstimabilis libertas.l libertas ff.dè 1 regul.Iur. &. §. cùm ergò.inst.quib .èx causis manumi.non liceat.

¶ Sit quinta rratio,ꝙ rregulæ semper debemus

mus ſtare, quandò non inuenitur exceptio expreſſa tex. in c. 2. dè conjug. leproſor. in fi. tex. in l. mutus. §. cùm quæritur ff. dè procurat. l. 1. ff. dè teſtib. glo. & dd. quos allegat Couarru. lib. 2. variar. c. 12. n. 4. Romanus in conſil. 123. n. 4. Craueta in conſil. 168. n. 8. volu. 1. ſèd rregula eſt, q in ſpiritualibus geſta pèr metum conditionalem non valent, vt dicemus in fra. c. 9. n. 3. Et in caſu ordinis non habemus exceptionem expreſſam ergò rregulæ debemus ſtare.

17 ¶ Sit ſexta, & vltima rratio (magìs accedendo àd propoſitum) q teſtàtur Doctores, quòd quando caſus eſt dubius: quià ſunt hìnc indè opiniones, debemus illam ſequi, quæ magìs coheret rregulis Iuris, vt teſtatur Maranta in ſua practic. 6. part. inpr in. n. 121. & in diſputatione. 5. n. 20. & Sylua Nuptial. lib. 6. ferè pèr totū. ſèd rregula Iuris eſt, quòd geſta pèr metum in ſpiritualibus ſint ipſo Iure nulla vt dicemus in fra cap. 9. n. 3. ergò ordo ſacer pèr metum conditionalem ſuſceptus eſt ipſo jure nullus.

18 ¶ Vides igitùr, quot rrationibus ſecunda opinio fulcitur. & vt magis corroboretur, de-

monstrabimus rrationes cōtrariæ(idest primæ) opinionis nullius esse nomenti, nòn obstare, q; huic secundæ opinioni. ¶ Prima rratio(quæ sumitur ex.d.c. dè Iudeis) non obstat. quià ille textus nòn potest induci,neq; à simili, neq; àb æqui paratione.A simili:quià argumētū à simili (vt procedat) rrequirit duo copulatiuè. Primum,quòd duo sint similia simplicitèr,& nòn secundùm quid,vt volunt. dd. quos rrefert, & sequitur Euerard. in suis topicis legalibus. c.à simili. n.4. & Marius Salomon.in. l.omnes Populi.ff.dè just.& Iure.libr.5.versi.dè frumento. ¶ Vndè data aliqua dissimilitudine,etiàm parua corruit istud argumentum. Ideò optimus modus tollendi illud est pèr dationem instantiæ vt.dd.quos rrefetr,& sequitur Euerard. vbi suprà.n.11.versi.non procedit cùm sequent. & Anto.dè But.in.c.fi.dè consuetudine. n.56. Felin.in.c.2.dè sponsalibus.n.11.Ioā. Gutierrez in authent.sacramēta puberum.C.si aduersùs vē dit.n.105.¶ Quam dissimilitudinē causat diuer sum genere, natura, vi, magnitudine, loco, tempore, persona, opinione, causa, rratione, proùt

proùt testatur Cicero, quem rreffert, & sequitur Salomon vbi suprà. & Cordoua dè Lara in Repetitio. l. siquis à liberis. §. idem Iudex. n. 30. ff. dè liber. agnoscend. ¶ Secundum rrequisitum est: quòd similitudo assumatur à pari, vel à maiore rratione, non autèm à minore vt Baldus quem rrefert, & sequitur Euerard. d. n. 4. in. fi. ¶ Sed ille textus loquitur in Baptismo, & in Fide, & casus noster est in ordine Sacro: quæ licet sint similia secundùm quid (hoc est secundùm impresionem caracteris) in multis tamèn differunt, vt Paulo inferiùs demonstrabimus in numeris sequentibus. ergò nòn potest ille textus adduci à simili. ¶ Ab æquiparatione, etiàm neq; induci potest ille textus, quià nulla rratio æquiparationis pòtest dari inter ordinem sacrum, & Baptismum, seù Fidem proùt statim subijciam. ergò non procedit argumentum àb illo textu.

19 ¶Et àd differẽtias deueniẽdo, vt meliùs percipiatur, iterũ rreffero dispositionẽ illius textus. dicit enim, ꝙ Iudei, qui inuiti fidẽ susceperunt, cogãtur eã tenere, ne nomẽ Domini blasfeme-

tur,& Fides (quam susceperunt) vilis ac comtemptibilis habeatur. ¶ Prima defferentia est, quòd licet promotus àd ordines sacros permutum àb ordine desiliat, & contrahat matrimonium carnale, non òbid nomen Domini blasfematur,nec Fides comtemptibilis habetur, neq; ipse ordo. ¶ Quià matrimonium est vnum dè septèm sacramentis Ecclesiæ,& legis Euangelicæ.tex.in.c.1.§.vn a verò.dè Sum.tri.& Fid. Catho.¶ Et qui contrarium tenuerit, iàm est anathemate damnatus pèr.tex.in.c.1.sessio.24. Sacri Concilij Tridentini.¶ multùm enim differt transire dè Fide Catholica àd aliam sæctã, & transire dè vno Sacramento àd alterum. ¶ Facit prò hac parte quæstio, quam decidit Beatus Gregorius in homelia supèr Ioan. c. 21. vbi dicit:quæri potest,cùr Petrus (qui Piscator antè conuersionem fuit) pòst conuersionem àd piscationẽ rredijt,cùm Veritas dicat : nemo mittens manum suam àd aratrũ , & rrespitiens rretrò aptus est Regno Dei, cùr rrepetijt,quod rreliquit ? Sèd si virtus discretionis inspitiatur, citiùs videtur.Quià nimirum negotium, quod

antè

antè conuersionem sinè peccato extitit, hoc etiam pòst conuersionem repetere culpa nòn fuit. Nàm piscatorem Petrum, Mathæum verò Telonearium scimus. & pòst conuersionem suam Petrus àd piscationem redijt; Mathæus verò àd Telonei negotium non reledit: quià aliud est victum pèr piscationē quærere, aliud Telonei lucris pecunias augere. Sunt enìm pleraq; negotià, quæ sinè peccatis exhiberi aùt vix, aùt nullatenùs possunt. quæ ergò àd peccatum implicant, àd hæc necessè est, vt pòst conuersionem animus nō recurrat. & c. ecce quo modò beatus Gregorius quasi expressè nostrá causam egerit. ¶ Nàm in matrimonio nullum est peccatum. tex. in. c. deindè. 26. dist. in fine. ibi: nuptiarū. & in. c. quidquid. & in. c. cōnubia. 32. quæst. 2. ¶ Immò in eo est castitas. tex. in. c. Ni cæna Synodus. 31. dist. & in. c. pèr masculū. 31. quæst. 1. ibi: nuptiali castitati. & ibi. glo. 1. & glo. in. c. proposuit. 82. distinct. verb. estote.

20 ¶ Secunda differentia colligitur èx prædictis glosis. d. c. vbi ista. & c. d. §, itèm quæritur, quæ dicunt ꝙ Baptismus est Sacramentum salutis,

& necescitatis copulatiuè, sèd ordo est sacramentum salutis, non autèm necescitatis; potest enìm quis saluari absq; ordine sacro, sèd nó potest saluari sinè Baptismo. ergò dè vno àd alterũ non procedit argumentum; quià nulla similitudo, nèq; æquiparatio potest dari intèr ea.

21 ¶ Alia, & tertia differentia potest dari, quià Papa potest dispensare cùm clerico in sacris, vt contrahat matrimonium carnale. glo. in. c. dè illo clerico. 32. dist. verb. damus. Bal. in. l. rrescripta. C. dè præcib. Imperat offe. n. 8. quem rrefert, & sequitur Gozadi. in con. 51. n. 16. tenet & sanctus Thomas. secunda secundæ. quæst. 88. arti. 11. in rresponsio. Sèd nòn potest dispẽsare cũ nòn Baptizato, vt consequatur vitam æternam sinè Baptismo. tex. in. c. qui rresistit. 11. quæst. 13. c. sũt quidam. 25. quæst. 1. c. sicùt. 15. dist. l. 4. ti. 8. par. 1.

22 ¶ Quartò differunt quià Fides est summè priuilegiata (& sic in superlatiuo gradu, prùt dignũ est) tex. in. c. accusatus. §. sanè. dè Hæreti. lib. 6. ibi: cùm negotiũ fidei, Quod summè priuilegiatum existit. ¶ Et sic in ejus fauorem multa disponuntur contrà rregulas Iuris, vt patet in c. in

c. in Fidei fauorem. & in. d. c. accusatus. §. licet. & videre est apùd Ioan. dè Rojas. in singularibus, seù spetialibus, quæ congessit pòst tractatum dè Hæreti. & patebit in sequēti differētia. ¶ Et dè meteriâ priuiligiata, àd nòn priuilegiatā nō licet arguere, pèr allegationes quas adducit Tiraquel. dè rretra. lignagier. §. 1. glo. 14. n. 97

23 ¶ Quintò differunt: quià paruulus (qui nòn credit. neq; credere potest proptèr deffectum ætatis, & intellectus) Baptizatur in fide parentum, vt in. c. quæris. dè consecratio. dist. 4. ¶ Et in fide eorū, qui eū offerunt, vt in. c. illud. ca dist. ¶ Etiàm si offerentes sint in fideles, vt in. c. Romanus. ea dist. ¶ Quià tùnc Baptizatur in Fide Ecclesiæ. & tale Baptismum profficit àd salutē. c. 1. §. nau verò. versi. Sacramentum. dè sum. Trini, & Fid. Cathol. Et talis Baptizatus deueniens àd pubertatem nòn potest àb illo Baptismo desilire, tenetur q; ei stare, sicùt si Baptizatus esset in plena ætate. c. 13. & 14. in tit. dè Bapt. in Cōcil. Tridē. sess. 7. ¶ At paruulus si ordinetur in sacris (licet rrecipiat caracterem, vt in. c. vèl nòn est compos. dè tempor. ordinatio.) adueniente

tamèn pubertate potest à tali ordine desilire,& matrimonium contrahere; tàmq; si non esset ordinatus.glo.in.c.vnico. dè cleri. pèr salt. promot.verb.discretionis.& ibi Anto, dè Butrio.n. 4.& Cardinal.Zabarella.n.8. & Ancharran. n. 8.Et Abb.n.3.& omnes.dd. & Gaspar Calderi. in consil. vnico titul. qui cleri. vel vouent. in fi. & Bernard. Diaz dè Lugo in sua pract. c.22. àd fin.versi.àn autèm promotus?& Couarru.in 4.decretal.2.par. c.6. §.3.n.1. in fi.vbi rrefert sic Romæ fuisse practicatum. tenet etiàm Rebuffus in sua practi.benefi. lib. 2. tit. dè cleri.àd sacros ordin.malè promot.glo.2.n.10.

24 ¶ Secunda rratio dictæ primæ opinionis (quæ fundatur in.d.c.vbi ista) etiàm nihil facit àd rrem,nèq; Goffred.& Hostien.potuerunt se in illo fundare:quià ibi Papa nihil disposuit supèr validitate,aùt inualiditate ordinatorũ, sèd solùm minas intulit Archiepiscopo vim inferenti,nè id ampliùs faceret.

25 ¶ Tertia rratio(quæ fundàtur in. d. c. meritò)non vrget: quià dispositio illius textus procedit in causis,& negotijs,in quibus sufficit vo luntas

luntas simpliciter,& nòn in causis, & negotijs in quibus rrequiritur Voluntas cùm qualitate libera prout in spiritualibus, vt dioctum est suprà.n.13. ¶ Et suceptio ordinis sacri est rres spiritualis.ideò &c.

26 ¶ Quarta rratio(quæ fundatur in annexitate voti) habet multas opiniones, prout videre est apùd Franciscum Iouerium. Valentinum in suis sanctionibus Ecclesiasticis clas.1.in canoni bus sextæ Synodi velitatio. supèr. 13. canone. Sèd veritas est, q̄ ordinatus in sacris tenetur àd continentiam èx constitutione Ecclesiæ, nòn autèm èx voto. Quià in sacro ordine non est votum continentiæ tacitum, neq; expressum. ità tenet glo.in.d.c.dè illo.clerico,32.dist. verb. damus.glo.in.d.c.cùm olim.dè cleri.cōju.verb. votū.Gaspar Calderi.in.d.cōsil.vnico. titul.qui cleri.vèl vouent.n.3.Cardinal.in cle. àd nostrū. dè Hereti.n.3.versi. septimò. & ibi Imola. n. fi. dicit hanc communem,tenet etiàm Cacialup. in.l.siqua Illustris.C.àd Orphitian.colum. 6. & Paleotus in tract.dè nothis spur,q; fil.c.16.n. 1. Sanctis Thomas vbi suprà.secunda secundæ.

 quæst.

quæst. 88. arti. 11. in. 11. respōsio. probat. hoc tex. in. c. cùm in prætereito 84. dist. cujus verba sunt: cúm in præterito Concilio dè continentiæ, & castitatis moderàmine tractatetur, isti tres gradus coscriptione quadam castitati pèr consecrationem annexi sint, Episcopos inq., Præsbiteros, & Diaconos ita placuit continentes esse in omnibus: &c. Quod hodiè probatur expressè in canone. 9. sessio. 24. sacri Concil. Trident. ibi: lege Ecclesiastica. quæ verba àd clericos ire feruntur. & patet èx. l. 32. tit. 6. par. 1. ¶ Et jura allegata in contrarium excluduntur sequentibus modis. cap. Diaconi. loquitur in his qui expressè continentiam vouerunt, vt patet èx ejus verbis, quià nòn præcipit vouere. ¶ Et textus (qui magis vrgere videtur (in. cap. nullum. 28. distintio. qui fuit factus à Gregorio. cujus verba sunt: nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui castè viturum promisserit. triplici modo euaditur. Primo (vt ibi glosa respondit) quòd Ecclesia neminem cogit continere: sèd in ordine (quem dat) potest imponere legem quam vult.

vult.ficut quilibet alius in tradditione rrei suæ. vt. ff. de pact. l. intradditionibus. ¶ Secundo, quòd ille textus non probat ordinandos abstinendos àb vxoribus, sed solùm castè vituros, & castè viuit, qui in matrimonio viuit. vt in. d. c. Nicæna Synodus. 31. dist. & in. c. pèr mascu-lum. 31. quæst. 1. ibi. nuptiali castitati. ¶ Tertio quòd etiàm si velimus intelligere dè abstinentià àb vxoribus, & matrimonijs, àd hùc nòn vrget: quià illa necescitas imponitur Episcopis, nòn autèm ordinandis, nàm tenebit ordinatio àbsq; voto. ¶ Ad cap. cùm olim. rrespondetur, q debet intelligi secundũ subjectam materiam, cui omnia Iura subijciuntur vt latè Euerard. in suis topicis legalib. c. à subjecta materia. sèd subjecta materia est dè illis, qui constitutione, non voto artanctur: & sic illud verbum votum debet exponi, idest constitutionẽ. ¶ Et iddem rresponderi debet àd. d. c. vnicum. dè voto. lib. 6.

27 ¶ Quinta rratio (dè impresione caracteris) nõ vrget: quià aliud est impresio caract. ri, aliud est obligatio ad obseruantiam. & non sequitur

 impres-

impresśit caracter,ergò est obligatus.& sic quasi dè diuersis loquutus est Hostien.in.d.c.maiores.verb.conditionalitè r.dè Baptis.& ibi Hé rri.n.7.& clariùs patet in rresponsione, quam dedimus suprà.n 23.àd primam rrationem, inquinta differentià dè qua ibi. vbi probauimus, ꝙ paruulus ordinatus rrecipit caracterem sacri ordinis, & tamèn nòn obligatur àd obseruantiam ordinis.
28 ¶ Et data instantia corruit omne argumentum.glo.in. l.si creditori.ff.dè noui oper.nunt.verb.vindicatio. quæ rrecepta videtur èx allegatis pèr Iassonem ibi. n.7. qui etiàm alias glosas allegat.& Menchaca in.qq. illustribus.lib. .cap.37.n.7.glo.etiàm in.c.sicùt vrgeri.1.quæst.1. verb. sic ego. quas glosas idem Iass.allegat in.l.èx facto.ff.dè vulgar.& pup.n.6 & Mencha. in.d.qq. illust.lib.1.c.35.n.12.&.c.47.n.8.
27 ¶ Ad Hostiensem in summa:est rresponden dum, ꝙ ibi vsus fuit nimia breuitate, & posteà edidit lecturam,vt latiùs explicaret ea,quæ in summa nòn explicuit,vt ipse dicit in prohemio lecturæ.Et quando Doctor est sibi contrarius, & cons-

&c constat dè tempore, ea opinio est tenenda, quam vltimò tenuit, pèr jura. &.dd. quos allegat Antonius Maria in tract. dè commu. opinio.lib.1.tit.6.inspectio.2.n.79. sèd hic constat dè tempore èx prohemio.d. lecturæ. ergò vltimæ opinioni est standum.

30 ¶ Ad Sotum iddem est rrespõdẽdum, quòd proximè Hostiensi rrespondimus: quià pòst tractatum dè Iustitia & Iure composuit commentaria sententiarum: ideò standum est ei in libro sententiarum. ¶ Et vltrà prædictam rrationem, sunt & aliæ duæ rrationes. Prima quià in.d.tractatu dè Iust. & Iure nòn examinauit istam quæstionem èx professo, sèd pèr transenam examinando aliam adduxit istam, vt ibi videre est. & opinio Doctoris pèr transenàm, & nòn disputando nòn est tenenda vt Menochiùs in consil.51.n.54.volu.1. ¶ Secunda quià opinionum ea est tenẽda quam Doctor latiùs, & copiosiùs examinauit. vt restatur Abb. in. c. bonæ.el.2.dè postulatio. Prælator. n. 30. quem cùm alijs rrefert, & sequitur Sylua Nuptial. in lib.5.n 29. Et alij quos rrefert Anto. Maria vbi

ſuprà proximè.n.78.

31 ¶ Ad Gregorium Lopez eſt dicendum, ꝙ ipſe teſtatur, ꝙ noſtra opinio eſt dè Iure verior. & mihi videtur, ꝙ illud eſt tutiùs, quod eſt dè Iure veriùs.

23 ¶ Ad legem partitæ duplicitèr eſt rreſpondendum, primò ꝙ metus ibi apoſitus nòn excuſat: quia eſt metus legis, qui nòn excuſat vt ſuprà diximus in.c.2.inprin.n.4.& ꝙ ſit metus legis patet, quià dè Iure Canonico ſtatutũ eſt, ꝙ obtinens benefficium Eccleſiaſticum intrà annum ordinetur in ſacris, aliàs eo priuetur. pèr jura quæ adducit Bernard. Diaz dè Lugo in ſua practi.criminali.c. 48. pèr totum. ſecundò, quià ſi extrà illum caſum diſpoſuiſſet illalex nõ deberet ſeruari, eo quià miſsit falcẽ in meſſem alienam: cũ Princeps Sæcularis nòn ſolùm principaliter, verùm neq; incidentèr ſupèr Spiritualibus ſtatuere poſsit.c. Eccleſia ſãctæ Mariæ dè conſtit.& ibi Abb.n.15.& Felin. n. 60. qui alios rrefert, & vtrumq; rrefert, et ſequitur Gamma in deciſsionibus Luſitan. pri. part. deciſsio. 314. n.1.& ſic Iulius Clarus in lib. 4. §. emphiteuſis. n. 7.

n.7.dicit: ꝙ lex Sæcularis èx deffectu potestatis nòn valet, nèq; dè ea est curandum in causis Spiritualibus. Quò tendit dictum Archidiaco. in. c. statutum. dè rrescrip. lib. 6. versi. quid si causa commissa est. dicentis: ꝙ lex Humana potest in causis spiritualibus allegari, sèd nòn secundùm ipsam sententiari.

53 ¶ Ad Concilium Tolletanum rrespondeo: ꝙ ille textus præsuponit, ꝙ illi inuiti posteà rratificauerunt. Quod patet èx illeis verbis: quam semèl rreceperunt gratiam, donum q; &c. Nam gratia nòn suscipitur àb eo qui nòn habet animum, nèq; voluntatem, sèd postq̃ habet voluntatem. tex. express. in. c. cauete. 22. quæst. 5. & in. c. tùnc valere. 4. dist. Goffred. in sum. tit. dè. Baptis. n. 19. & Hostien. in sum. eo tit. n. 12. & l. 5. tit. 4. par. 1. ¶ Et dè Iure purgatur vis, & metus pèr subsequentem voluntatem, vt infra dicemus in. c. 12. in prin; pèr totum. ¶ Secundò rrespondetur, ꝙ illud Conciliũ fuit particulare, & nòn potest trahi generalitèr, nèq; extrà territorium suum: quià ei nòn parebitur impunè. c. fi. dè cõsti. lib. 6. ¶ Et dè aut oritate

conciliorum particularium tractat Contrad. Brun. in tract. de Concilio Vniuersali Ecclesiastico, quem videre. ❡ Neq; facit ad rem, q; vocetur ab aliquibus Vniuersale: quia tractauit negotiũ ad omnes in vniuersum pertinens: quia hoc est falsum. Nam negotium illud non pertinet ad omnes in vniuersum, sed tantum ad personas Ecclesiasticas illius Diocesis. Si esset negotium Fidei, seu Status Ecclesiæ Vniuersalis (quod tangit omnes in vniuersum) tunc posset dici Concilium Vniuersale.

RECAPITVLATIONES.

§. 3.

METVS cessat in curia Principis. 1.
Et in comitatu Principis. 2.
Et Romæ 3.
Et vbi justitia rregitur. 4.
Et vbi interuenit præsentia Iudicis. 5.
Et quandò interueniunt consagninei. 6.
Etiam si præcesserint minæ:
Fallit dupliciter. n. 6. & n. 17. & n. 18.

Et

Et quandò interuenit præsentià amicorum. 7.
*Et quandò interuenit præsentia honestorum virorũ. n.*8.*fallit.n.*17.*&*18.
Et quandò vxor contrahit in præsentia mariti. 9.
Et quandò filia est maritata, & habitat seorsũm. 10
Et quandò est longum interuallum intèr minas, & factum. 11.
Et quandò nòn fuit facta protestatio metus. 12.
Et quandò contrahens erat in sua libertate. 13.
Et quandò contractus geminatur. 14.
Et quandò datur saluus conductus. 15.
Potest tamèn probari contrarium. 16.
Probatio efficatior dicitur rrespectu qualitatis testium.
— *Omnes aßistentes àd contractum meticulosum, nòn excludunt præsumptionem metus si sunt nimis amici metum inferentis.* 17.
— *Et si sunt impotentes àd rresistendũ inferenti metũ. Vel si sua, velali orũ dè eorũ volũtate interest.*18
Et data enormi læsione. 19.
Metus nòn operatur quandò metum passus dat causam metus. 20.
*Fallit in multis casibus vsq; àd.n.*26. 21.

§. TERTIVS, VBI ALLIAE FAllentiæ congeruntur.

1 LIA FALLENTIA est in Curia Principis: quià ibi non poteſt interuenire metus. tex. in. l. fi. ff. iſto tit. &. dd. quos allegat Roląd. Valle in conſil. 83. volu. 2. n. 2. & Boſsius in tract. ſuis titul. dè plurib. violent. n. 89.

2 ¶ Fallit etiàm noſtra rregula in Comitatu Principis, quià ibi nòn poteſt interuenire metus tex. in. l. 1. C. dè his, qui prop. met. Iudi. nòn appellauer. Cujus verba ſunt: Sacro enim comitatu noſtro timere nihil potuiſti, &c. dd. quos allegat Roland. vbi ſuprà. n. 35.

3 ¶ Fallit etiàm Romæ vt Bar. in. d. l. fi. iſto tit. n. 2. & alij. dd. quos ibi additionator addit.

4 ¶ Fallit etiàm vbi Iuſtitia rregitur vt Bar. d. n. 2: & Boſsius vbi ſuprà. n. 85.

5 ¶ Fallitetiàm quotienscumq; interuenit præſentia Iudicis: quià poteſt prohibere, ne vis

vis inferatur per tex.in.d.l.fi.isto titu. inprin. & ibi ex eo notat Bar.n.3.vbi additionator addit. Hanc conclusionem firmat Angel.in.§.quadrupli.inst.de actio. n. 14. & per allegationes quas adducit Areti.in consil.24.n.8.& Iass.in.l.singularia ff.si cert. petat. n. 18. & Hipolit. de Marsil. in singul.417.incipit præsentia conjunctorum. & Decius in. l. in omnibus causis. ff. de rregul. Iur.n.9.& Socin.Iun. in consil. 67. volu.2. n.38. & Thomas Gram.indecis.103. n.62. & Crauet. in consil.114.n.2.volu.1.& in consil.253.n.4.volu.2.& Euerard.in cons.19.n.28.& Bossius.in.d. tract. de plurib. violent. n. 91. & Firmianus in verb.metus.¶ Limita vt.infra.1. n.17.cũ sequẽt.

6 ¶ Fallit etiam quando interueniunt consanguinei vt diximus supra.c.2.§.7.n.15.

¶ Ampliantur hæ duæ proximæ conclusiones, etiã si præcesserint minæ vt Socin.Iun.in cõsil. 63. n.40. volu.2. & sic fui practicatũ in Regio Senatu Lusitano teste Gamma in decisionib9 illius Regni pri.par.decisio.346.n.5.&.6. ¶ Et sic est tenẽdũ licet Inno.in.c.causam mattimonij.de off. delegat. & ibi Imola, & Hipolit. in



singul.325.n.1.& Barbat.in cõsil.41.n.15.volu.4. tenuerint contrarium quibus astipulatur Bossius vbi suprà. n. 109. & Gamma vbi suprà vbi dicit nòn fuisse rresponsum à suis Collegis fundamentis suis. Quibus fundamentis ego rrespondere volo, & ostendere ꝙ eorum rratio friuola est, & nullius momenti: nàm si mulier fuit verberata à marito. vt aliquem cõtractum faceret, & posita intèr con sanguineos tacuerit, nec voluerit sibi prouidere dè sæcuritate, videtur liberè contrahere. Imputet enim sibi, si noluit sibi prouidere. ¶ Sicùt habetur prò nòn impedito, qui potest impedimentum tollere. tex.in.c.2. dè electio. & Abb. in. c. èx trasmissa dè præscriptio. pèr totum. & ibi Felin. n.1.qui plura adducunt. & est communis opinio teste Menchaca in.qq.illust.c.60.n.10.Planum enim est, ꝙ consentire videtur qui contradicendo potest impedire tex. in. l. 2. ff.àd municipal.&. l.2.dè rremissio,pignor.& Alexand.in cons.157. volu.2. n. 10. cum seq. idem in consil.1. volu. 3. n.7.vbi multa allegat.¶ Fallit tamèn nostra cõclusio in duobus casibus (in quibus potest intelligi,

intelligi, & saluari opinio Inno. & sequatium) primò in metu rreuerentiali, quià in eo nō operarur præsentia cō sanguineorum secundū. dd. quos rreffert, & sequitur Tiraquel. dè legib. Cō nubial. glo. 5. n. 37. licet contrà teneant. dd. quos rrefert, & sequitur Bossiùs vbi suprà. n. 108.

¶ Fallir secundò quando interuenit enormis læsio vt Menochiùs in consil. 1. n. 292. volu. 1. ¶ Et infra. n. 17. & 18. sunt aliæ fallentiæ.

7 ¶ Fallit etiā nostra principalis rregula, quādò contrahitur in præsentia amicorum pèr tex. express. in. d. l. transactionem. C. dè transactio. & Ancharran. in consil. 382. n. 11. quem rrefert, & sequitur Crauet. in. d. consil. 114. volu. 1. n. 3. & tenet Angèl. in. d. §. quadrupli. insti. dè actio. n. 14. & alij quos rretulimus. suprà. cap. 2. §. 7. n. 15. ¶ Ista fallentia limitatur eis modis quibus suprà proxima.

8 ¶ Fallit etiàm quandò contrahitur inpræsentia honestorum virorum vt Angel. in. l. quæ ro. §. seruum ff, dè ædilit. edict. quem rrefert, & sequitur Hipolit. dè Marsil. in Singular. 417. n. 2 & Bossius in. d. titul. dè plurib. violent. n. 93.

¶ Fallit ista fallentia eis modis quibus suprà proximæ.

9 ¶ Fallit etiàm, quandò vxor alicujus contrahit in præsentia mariti, quià tùnc non potest dici, q̃ passa est metum ab alio. vt Crauet. in. d. n. 3 d. consil. 114. volu. 1.

10 ¶ Fallit & in filia, quæ est maritata, & habitat seorsùm à patre, quià tùnc nòn potest dici, q̃ pater intulit ei metum. vt Crauera vbi suprà proximè n. 4.

11 ¶ Fallit, & quandò est longum interuallum inter minas & contractum; quià èx magno interuallo cessat præsumptio metus vt Crauet. vbi suprà proximè. n. 5. & Euerard. in consili. 19. n. 25. ¶ Quod est intelligendum, quandò non durat, neq; subèst eadem causa metus vt infrà latius dicemus in. c. 13. in principio pèr totum.

12 ¶ Fallit, & quandò metum allegans non fuit protestatus, èx tali enim omisione protestationis in ducitur præsumptio, quò spontè & liberè contraxit vt Craueta in. d. cons. 114. volu. 1. n. 6. ¶ Sèd tamèn isthæc fallentià intellegenda

est,

est, prout latiùs dicemus infra in c.10. §.3. n.15. cùm sequentibus.

13 ¶ Fallit etiàm nostra regula, quandò contrahens erat in sua libertate, quià tùnc contrahens præsumitur spontè, & liberè contraxisse vt Craueta vbi suprà proximè. n.7.

14 ¶ Fallit & quandò contractus geminatur, quià èx geminatione tollitur præsumptio metus, & præsumitur cōtract9 spōtane9 vt Crauet. vbi suprà proximè n.8. ¶ Quod est intelligēdū, Quandò non subest eadem causa metus in cōtractu secundo, quæ erat tempore primi contractus, vel altera æqui pollens vt latè dicemus infra in c.13. in principio pèr totum.

15 ¶ Fallit & quandò datur saluus Conductus: quià tunc cessat causa metus vt glo. & dd. quos allegat Felin. in c. cùm R. Canonicus. dè off. dèlegat. n.2. vbi etiàm allegat decisionem Rotæ. 12. dè dolo, & contumatia in nouis. n.1. ¶ Quod est intelligēdū, si non subest justus metus personæ: quià tùnc saluus conductus non excusat metum. tex. express. in c. accedens. el.2. vt lit. nō contestat. & ibi glo. verb. inimicis. & Abb. n.3.

tex.etiam in. c. ex transmissa. de trestit. spoliator.Imola in cle. 2. de rrejudi. n. 10. Alias ampliationes, & limitationes hujus articuli salui conducti.vide per Felin. d. n. 2. & in. d. c. accedens. n. 4. & 9. & in. c. ex transmissa. de praescriptio. n. 4. ad quem me rremitto, ne eum hic trascribam cui in. d. c. accedens. n. 5. adde Francisc. Marc. Mant. in decisio. Delphinalib. 2. par. quaest. 145.

16 ¶ Est tamen aduertendum ad omnes supra dictos casus, quod non in ducunt praesumptionem Iuris, & de Iure, sed praesumptionem Iuris tantum. & sic arctatur metum passus in eis ad efficatiorem probationem, quam si non essent praedictae praesumptiones contra eum. tex. in. l. non est verisimile. in prin. ff. isto tit. & glo. in. l. interpositas. C. de transactio. verb. qualitas. quam, & alios. dd. rrefert, & sequitur Tho. Gramm. in decisio. 103. n. 65. ¶ Quae probatio efficacior intelligi debet rrespectu qualitatis testium per tex. in. c. non est verisimile. de praesumptio.

17 ¶ Ex supra dictis fallentijs hujus paragraphi duodecim priores limitatur, Primo quado omnes

omnes asistentes facto, vel contractui sunt nimis à mici inferentis metum: quià tùnc cessat præsumptio suprà dicta: vt Tho. Gramm. vbi suprà proximè. n. 63. & 64. & Firmianus in verb.
18 metus. ¶ Secundò limitantur: quandò illi nō sunt potentes àd rresistendum inferenti metū, quià tùnc eorum præsentia non operatur, ac si non essent præsentes. vt testatur Angel. in consil. 215. n. 3. àd fin. quem rrefert, & sequitur Iass. in. l. transactionem. C. dè transactio. n. 1. & Detius in consilio 218. volu. 2. n. 5. versi. prætereà. Quos rrefert, & sequitur Tho. Gramm. d. decisio. 103. n. 64. & tenet Hipolit. dè Marsil. in sing. 673. incip. non nulla dè præsentia. n. 2. & Boerius decisio. 100. n. 8. & Iosephus Mascar. in tract. dè probatio. 2. part. conclusio. 1055. n. 24 & Firmianus in. d. verb. metus. ¶ Tertiò limitantur quandò contractus fit in fauorem præsentium, vel aliorum, quos volebant præsentes, vt. Socin. Iun. in. l. siquis inprin. testamēti. ff. dè legat. 3. n. 62.
19 ¶ Limitantur non solum prædictæ duodecim fallētiæ sèd etiā omnes superiores istius. §.

data enormi læsione vt Paul. dè Castro in consil. 177. incipi. superiùs consulta. & Decius in. d. c. causam matrimonij. dè off. delegat. n. 23. & in consil. 86. incip. viso puncto. n. 6. quos rrefert, & sequitur Hipolit. dè Marsil. d. singul. 673. n. 3. & Iosephus Mascardus. vbi suprà. n. 27.

20 ¶ Itèm & fallit nostra rregula principalis quandò metum passus præstitit causam met9: quià tùnc non operarur metus tex. in. l. si mulier. inprin. ff. isto tit. & ibiglo. ver. quià hunc. & glo. vnica in. c. 2. isto tit. & ibi Hostien. verb. rreuocari. & Anto. dè but. n. 10. in fi. & Zabarella n. 1. opositio. 2. & Abb. n. 7. vsq; àd fin. capituli. & alias allegationes adducit Ioan. dè Amicis in

21 consil. 34. n. 5. ¶ Limitatur primò isthæc fallentia, vn nõ procedat. in omnibus casibus, in quibus rrequiritur volũtas libera: quià in istis quãtumcùmq; quis præbeat causam metus operatur metus vt. tex. in. c. veniens. el. 2. dè sponsa. & ibi Abb. n. fi. &. d. glo. vnica. & ibi prædicti doctores. ¶ Et qui sint isti casus rrequirentes volũtaté liberá ostédemus infrà in capit. 9. pèr totũ.

¶ Limita-

22 ¶ Limitatur secundò isthæc fallentia, quandò quis timet sibi moueri litem coram Iudice aliquo, etiàm si sua culpa incidisset in eum metum proptèr iniquitatem Iudicis, in quo non cōsideratur odiū litigantis.tex.in.c. cū inter dè exceptio.notatur in.l.penult.ff.solut.matrimo.

23 ¶ Limitatur tertiò ista fallentia: quotienscūq; vertitur periculū Animæ vt Hosti.in.d.verb. rreuocari.dicti capituli.2. istius titul.versi. deci mò vbi vertitur. vbi adducit tex. in. c. lator. dè rre Iudicat.&.c.si verò.dè Iure Iurād.tenent ibi dèm Anto.dè But.d.n.10. & Zabar. d.n.1.versi. vndecimus casus.&Abb.n.18.versi.vndecimus.

24 ¶Limitatur quartò, vbi vertitur periculum vitæ pèr. d. c.2. istius titul. èx quo id notat ibi Hosti. d. verb. rreuocari. versi. vndecimò vbi

25 vertitur.¶ Limitatur quintò, proptèr æquitatem Iuditij, vt potè siquis culpa sua habeat quē dā Iudicē suspectū: quià nihilomin9 poterit eū rrecusare suspectū, acsinon habuisset culpā. ita notat Archi.in.c.statutū.§. cū verò.dè rrescrip. lib.6.n.8.versi.nō audens.& ibi Ancharran.n.3. versi.itē quintò.& ibi Geminianus.n.12.&.13.

¶ Sextò limitatur, quandò quis ob metum Iudicis non apellauit, quià etiàm si sua culpa inciderit in illum metum, excusatur vt Hosti. in. c.fi.dè apellatio.inprin.& ibi Ioan.Andre.quos rrefert, & sequitur Philip. Fran. ibidèm. n.2. & Præposit.n.3.

RECAPITVLATIONES.
§. 4.

METVS leuis operatur quandò persona est talis quòd leui metu terretur. 1.
Itèm quandò allegatur contrà eum, qui metum intulit, vel participem. 2.
Itèm contrà eum, qui intimidauit testes alterius partis, & contrà tertium. 3.
Itèm àd impetrandam rrelaxationem juramenti pèr metum præstitum. 4.
Itèm quo àd Deum. 5.
Itèm in Animæ Iuditio. 6.
Itèm àd excusandam contumatiam. 7.
Itèm rrespectu ejus, qui gerit se prò patre naturali. 8.
Itèm in electionibus. 9.

Itèm

Itèm quotiès excluditur cujuslibet generis timor. 10
Itèm quandò intentatur Iudicis officium. 11.

§.4. VBI CONGERVNTVR CAsus in quibus metus leuis operatur.

1 XPEDITVS A FAllentijs primæ rregulæ deuenio àd fallentias ſæcundæ rregulæ (quæ ſe habet, q̄ metus leuis nihil operatur) quæ ſunt ſequentes. Prima quandò perſona eſt talis, q̄ leui metu terrebitur: quià tùnc ſatis operatur metus leuis, pèr ea quæ ſuprà diximus in. c.2. §.5.pèr totum.& ſic in muliere tenet expreſſè. Barbati.in conſil.41.volu.4.n.6.

2 ¶ Secunda quandò allegatur contrà eum, qui metum in tulit, vel participem: quià tùnc ſufficit metus leuis vt Sarmiento in lib. 2. ſelectarum.c.11.n.8.

3 ¶ Vn dè infero contrà eum, qui intimidauit teſtes partis aduerſæ, q̄ ſufficit, q̄ intulerit qua-

les cumq; minas, & non sit necesse, q sint cadẽtes in constantem virum. & in spetie ità tenet Bartholomeus Bellenzin. quem rrefert, & sequitur. Hipolit dè Marsil. in Rubri. C. dè probatio. n. 190. ¶ Infero secundò contrà tertium qui habuit causam àb isto qui metum intulit contrà Sarmiento. d. cap. n. 8. quià rregula Iuris est, q nemo plùs Iuris in alium transferre potest, q̃ ipse habet. cap. nemo potest plus Iuris. dè rreg. Iur. in. 6. & sic nõ potest duriorem causam probationis in alium transferre, q̃ ipse habet. nulla inim ratione possunt diuersò iure cẽseri.

4 ¶ Tertia adimpetrandam rrelaxationem iuramenti metu extorti: quià tùnc sufficit metus leuis. vt. dd. quos rrefert, & sequitur Couar. in rregula, peccatũ. dè rregul. Iur. in. 6. in. 2. part. §. 3. n. 7. licèt contrà teneat Gregor. Lopez in. l. fi. tit. 11. par. 3. verb. *que lo fizo por fuerça.*

5 ¶ Quarta fallentia est quò àd Deũ: quià sufficit metꝰ leuis, vt suprà diximus in. c. 4. §. 3. n. 2.

6 ¶ Quinta fallentia est in Animæ Iuditio, vt dd. quos rrefert, & sequitur Couarru. vbi suprà proximè. d. n. 7.

¶ Sexta

7 ¶ Sexta fallentia est quò àd excusandam contumatiam: quià tùnc sufficit metus leuis, vt tenet Baldus in.l.eaquæ.C.quomodò, & quandò Iudex. n.5. versi. quæro nunquid. & Petrus dè Sus in.l.1.C.quorum apellat.non rrecipiant.

8 ¶ Septima fallentia est rrespectu ejus, qui se prò patre naturali gerit, quià sufficit met9 leuis vt Franciscus Mar.in decisionibus Parlament. Delphinal.1.part.decisi.1190.n.2.

9 ¶ Octaua fallentia est in electionibus, quià in eis operatur metus leuis tex.express. in. c. siquis autèm.1.quæst. 6. & ibi glo. verb. timore. & ibi.dd.& Archidiaco.n.1.

10 ¶ Ex quo textu in ducitur nona, & generalis fallentia: scilicet q tùnc sufficit leuis timor. quotiens excluditur cujus libet generis timor.

11 Decima quandò intentatur off. Iudicis allegationes adducit Xuarez in allegatio.23.n.5.&. 6. scilicet.l.non est verisimile.§.si fœnerator. ff. quod met.cau.& glo.& dd.

RECAPITVLATIONES.
CAP. 9.

tibus ipso Iure nullis? 13.

Matrimonium secundum potest contrahi propria autoritate non expectata sententia declaratoria, si primum non tenuit ipso Iure. 14.

Inquisitores Hæreticæ prauitatis quid agere debeant, si procedendo contrà clericos, seù Monachos matrimonium contrahentes, vel contrà Binubos dicant: se ordinem, seù Monachatum, vel primum matrimonium metu contraxisse. n. 15. & n. 16.

Contractus omnis prophanus metu gestus valet mero Iure, sed rescinditur. 17.

Fallit in septem numeris sequentibus.

Prorrogatio Iurisditionis metu facta non valet ipso Iure. 18.

Autoritas tutoris metu interposita non valet ipso Iure. 19.

Administratoria metu facta nō valent ipso Iure. 20.

Mandatum metu concessum non valet ipso Iure. 21.

Contractus innominatus metu factus non valet ipso Iure. 22.

Contractus, in quo interuenit enormissima læsio, metu factus, non valet ipso iure. 23.

Additio hæreditatis metu facta valet mero iure. 25.
Testamentum metu factum an valeat mero iure?
Scriptura testamenti per vim facta non valet ipso Iure?
Sententia metu lata an valeat mero Iure?
Electio metu facta an valeat?
Contractus nudus metu gestus est nullus ipso Iure. 26.
Praxis concludendi libellum circa contractus metu factos.

CAPVT. NONVM.



OGNITO IAM DE casib9 inquib9 nullus metus excusat, àd eos (inquibus excusat) deueniendum est. ¶ Qui generalitèr consti tui possunt oppositi supe rioribus; & sic in omnibus illis, in quibus peccatum non committitur, & superioribus aduersantibus. Cùm cognito vno de contrarijs, reliquum cognoscatur tex. in prin

prin instit. dè hisqui sunt sui veialien. Iuris, & ibi glo.verb.si mul.

2 ¶ Est tamèn aduertendum, q in his non est vna,eadem q; natura. Nam aliqua facta metu non valent ipso Iure. Aliqua verò valent, sed proptèr metum rrescinduntur. ¶ Quorum cog nitio àb hac dependet distinctione. Quotienscumq; substantia actus est voluntatis liberæ, tùnc actus metu gestus est ipso Iure nullus.vt.l. si mulier.§.si dos.ff.isto tit.&.l.2.ff.dè Iudit. &. c.cùm locum,dè sponsalib.& ibi Præposit. n.4. versi.vltimò adducitur. Quotiens cumq; verò substantia actus est voluntatis simplicitèr (hoc est quandò.non rrequiritur junctìm ista qualitas libera)tūc actus metu gestus valet,sed æqui tate Prætoria non habet virtutem efficatiæ vt. l.metum.§.volenti. ff. isto tit. istà colligitur èx Bal.in Rubrica istius tituli. n.1. & èx Ancharrã. in consil.382. n.2. & antè eum tenuit Anto. dè But.in.c.2.isto tit.n.7.& Abb.in.d.c.cum locū. dè sponsal.n.2. ¶ Quotiens autèm contractus est nudus, metu factus est nullus tex. in.d. §. si dos.Ex quo cùm alijs Iuribus id notatBar.in.d.

§.si dos.n.1.quem ibi sequitur Fulgos.n.1. ¶ Et dicitur voluntas libera,illa in qua triã simul cõcurrũt.Primùm plena sæcuritas vt in. d. c. cùm Iocum.Secundùm nullus metus penæ. vt in.c. Gemma,dè sponsal.Tertium. nulla coactio. vt in.l. nihil consensuj.ff. dè rregul.Iur. ¶ At glo. vnica.in.d. c.2. istius titul. constituit rregulam dicendo:omnes cõtractus metu gestos valere, sed proptèr metum rrescindi. & posteà subdit fallẽtias.cujus ordinem sequuntur ibi.dd.sed tamèn clariùs hoc percipitur pèr supradictam meam distinctionem, & ideò tres constituo rregulas.

¶ Prima rregula sit:omnis contractus spiritualis metu gestus est ipso Iure nullus.glo.fi.in. c.fi.20.quæst.3.& colligitur èx.d.glo.vnica dic-c.2.istius tituli. & èx Hosti. in sum. istius titu. n,6.& èx ipso Hosti.in.d.c.2.verb.rreuocari. & ibi Anto.dè But.n.7.& Abb. n. 7. cùm sequen. Colligitur etiàm èx Andrea Geil in suis practicis obseruatio.lib.2.obseruatio.93. n.4. cùm sequent.ponit expressè Abb.in. d. c. cùm locum. dè sponsalib.n.2.Ratio hujus rregulæ est, quià

in

in spiritualibus rrequiritur voluntas libera (& sic substantia actus consistit in libera voluntate) tex. express. in. c. præsens clericus. 20. quæst. 3. tex. in. c. cùm virum. dè Regularib. & ibi èx eo notat Anto. dè Butrio. n. 6. tex. in. c. 1. dè statu. rregul. in. 6. ibi spontanea. tex. in. d. c. cùm locũ, & ibi notat. Abb. n. 2. &. 4. & Præposit. n. 4. versi. vltimò adducitur. Angel. in. §. quadrupli. inst. dè actio. in secunda rresponsione àd. d. c. cùm virum. n. 9. Alexand. in l. si cùm dotem. §. eo autèm tempore. ff. solut. matri. n. 11. versi. puto. ¶ Et quotienscùmq; rrequiritur voluntas libera, non sufficit volunras sinè ista qualitate libera, vt suprà diximus in. c. 8. §. 2. n. 13. ideò nõ valet ipso Iure.

4 ¶ Ampliatur nostra rregula etiàm in contractibus annexis, vel accessorijs Spiritualibus. Dè annexis, ideò quià rregularitèr dè eis iddẽ est judicium tex. in. l. eum actum. ff. dè negot. gest. l. plerùmq;. ff. dè Aedelit. edict. c. translato. dè constit. & traddit Ioan. Bellon. in tract. dè argument. Legum. c. 20. dè argumento à connexis. Dè accessorijs ideò, quià rregularitèr acces-

sotium sequitur naturam sui principalis. c. accessorium. dè rregul. Iur. in. 6.

5 ¶ Et sic deueniendo àd aliquas speties nostræ ampliationis dico, q Dos assignata metu non valet ipso Iure. tex. in. l. si mulier. §. si dos. ff. isto ti. glo. vnica. in. c. 2. isto. tit. & ibi Host. verb. quæ metu. & Anto. dè But. n. 8. & Cardinal. Zabarel. n. 1. versi. secūdus casus. & Abb. n. 9. & Gaspar. Calderi. in consil. 2. istius tit. n. 1. & Præpo. in. d. c. cùm locum. dè sponsalib. n. 4. versi. vltimò adducitur. Padilla in. l. interpositas. C. dè transactio. n. 7.

6 ¶ Hoc iddem est in promissione arrarum matrimonialium. tex. in l. fi. ti. 11. par. 3. & Padilla in. d. n. 7.

7 ¶ Idipsum est in constitutione procuratoris in matrimonialibus. tex. in. c. accedens. dè procurat. Præposit. in. d. versi. vltimò adducitur & Couarru. in. 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 5. n. 9. Padilla d. n. 7.

8 ¶ Fallit primò nostra rregula principalis in rrenūtiatione Beneficij Ecclesiastici. quæ (licet controuersum sit) valet mero Iure secundùm

verio-

veriorem opinionem vt probat Padilla in. d.l. interpositas.C.dè transactio.n.10.

9 ¶ Fallit secundò in Iuramento præstito à maiore vt in.c.2.dè Iure Iurand. secùs in præsti to à minore:quod non valet ipso Inre.tex in au tenti.Sacraméta puberum. C.si aduersùs védit. ita dicit.Sarmiento in tract.dè rreditib.Eclesiæ 1.par.c.4.n.7. Sèd isthæc doctrina mihi non placet:quià in hoc púcto magna est difficulta s proptèr varietatem Iurium,vt statìm rradicitus explicando videbimus. ¶ Et mouet dubium q̄ Iuramentum sit Deo.c.debitores.de Iure Iur.& q̄ ideò rrequiritur absolutio.vt testatur Afflict. decisio.263.n.5.& decis.322.n.6.¶ Et deuenié-do àd explicationé hujus difficultatis, est scien dú,q̄.IusCiuile statuit,q̄ Iuramétú metu extor tú sit nullú vt in.d.authent.Sacraméta puberú. tex.etiam in.c.1.§.itèm sacramenta.dè pace te-nend.¶Ius autèm Regiú variauit: ná aliquæ le-ges determinant,q̄ valeat,vt.l.fi.ti.11.par.3.Ali-quæ determinát q̄ nó valeat. tex. in.l.28.tit.11. par.5.&.l.2.ti.12.lib.2.Fori legum.vbi Mótalbus in. verb. *por fuerça* dicit:q̄ ista lex Fori corrigit

illam legem partiræ contrariam. Nèc est curandum dè conciliationibus, quas adducit Grego. Lopez in. d. l. 28. verb. *Iurando*. Quià omnes illæ non quadrant, & sunt diuinatoriæ. ¶ Ius verò Canonicum (cui in hac materia standum est per. c. nouit. §. si dè Iudit. & in. c. licet. dè Iure Iurand. in. 6. & pèr Iura & dd. quos allegat Hostien. in. c. quemadmodùm. dè Iure Iurand. verb. Iuramentum. & Andreas Geil in practicis obser. lib. 1. obseruatio. 25. n. 1. & quos rrefert, & sequitur Afflict. in decis. 263. n. 2.) etiàm pugnat interse. Nàm sunt aliqua Iura, quæ disponunt: ꝙ tale Iuramentum valeat tex. in. c. àd aures. isto tit. tex. in. c. si verò. & in. c. verùm. dè Iure Iurand. Sunt & alia èx diametro contraria tex. in c. àd audientiàm. & in. c. cùm dilectus isto tit. & c. cùm contingat. dè Iure Iur. & nouissimè tex. in. c. quamuìs pactum. dè pact. lib. 6. ¶ Hæc Iura concordauit Vincent. Doctor antiquus dicendo: ꝙ aùt Iuramentum metu extortum interponitur in casu à lege prohibito, & tùnc non valet ipso Iure. aùt in casu à lege nõ prohibito, & tùnc valet, & est necesse ꝙ rrescindatur pèr abso-

absolutionem, seù rrelaxationem Iuramenti. Quem sequutus est Abb.in.d.c.cùm contingat n.3.vtrumq; sequutus est Felin. in. c. 2. dè Iure Iur.n.2.& eos sequitur Gregorius Lopez in.d.l. fi. tit.11. par.3. verb. *que lo fizieron por fuerça.* & Vincentium sequutus est etiàm Bened. Capra in consil.29.n.18.hanc distinctionem probauit Altia.in.d.c. cùm contingat.n.16.cùm sequent. & Andreas Geil in Pract. obseruatio. lib.2. obser.42.n.5.cùm sequtibus.& Marant.in disputa. 6.n.34. ¶ In quo cauendum est àb exemplo posito pèr.d.Andream Geil ibi. n.6. dicentem: ꝙ quandò quis pèr vim,vèl metum Iurauit vẽdere rrem suam, ꝙ obligatur. Quià immò non obligatur:nàm lex rresistit alienationi rrei suæ inuitè tex.in.l.inuitum. C.dè contrahend. emptio.l.dudum.eo tit.l.neq; emere.C.dè Iure deliberand.l.inuitus.C.dè locato.l.neq; àb initio. C.dè nupt.l.3.tit.5.par.5. ¶ Alij Doctores dant aliam concordiam dicentes : ꝙ consideretur qualitas contractus supèr quo Iuramentum interponitur,& tùnc si est contractus qui ipso Iure non valeret,etiàm Iuramentum supèr eo in-

ter positum non valeat ipso Iure. Si autèm cõtractus metu factus valet, sed est rrescindendus:tùnc Iuramentum valeat, & sit necessaria rrelaxatio. hanc posuit glo. vnica in. d. c.2. isto tit. & philip. Franc. in. d. c. quamuis pactum. dè pact.libr.6. quem sequitur Hipolit.dè Marsil. in.l. pen.ff. dè questioni. n.69. cùm duobus sequentibus. ¶ Itèm alia concordia colligi potest,ex Andrea Geil in suis obseruat.lib.2. d. obseruad.42.n.4.vbi dicit communitèr teneri, ꝙ Iuramentum vergens in dispendium salutis æternæ. & quod est contrabonos mores. & quod cedit indeteriorem exitum.& quod exéplo pernitiosum est. & quod præstatur supèr pacto,& conuentione principalitèr contrà Publicam vtilitatem cedente esse ipso Iure nullum. ergò rreliqua Iuramenta erunt valida. Et quod dicatur vergere in dispendium salutis æternæ, & in quo differant dispendium. & interitus tractant Doctores in.d.c. quamuìs pactum. maximè Archidia. n.4. Ioan. Andre. d. n.3.Ancharr.n.3.Geminia.n.7.àd quos me rremitto. ¶ Potest & alia colligi concordia èx.

d.l.

d.l.fi.[titul.11. par.3. quæ ponens rregulam afirmatiuam: quòd valet Iuramentum metu extortum subdit fallentias aliquorum casuum spiritualium, & annexorum. scilicet: quod valeat Iuramentum metu extortum in Prophanis, non aùtem in Spiritualibus. ¶ Et prædictis modis poterunt concordari. dd. sibi inuicẽ contrariantes supèr quæstione àn debeat peti absolutio à Iuramento metu extorto quos rrefert *Gonçalo Suarez dè Paz* in sua practica tomo.1.par.4.c.3.n.30. ¶ Sèd tandèm rresolutio mea est, q̃ hodie per.d.tex.in. d.c.quamuis pactum dè pact.in.6.Et pèr.c.licet. dè Iure Iurand. in.6.indistinctè Iuramentum metu præstitum est ipso Iure nullum: quià illi textus sunt nouiores, & indistinctè, & loquẽdo in cõtractu Prophano determinant nõ valere Iuramentũ metu præstitum. & sic corrigunt cætera Iura. & ità in uenio tenere Bal.in.l.eriàm.C.àd Velleyan.n.3. & Ripà in rresponso. 138. n. 8. & sic cessat prædicta contrarietas, & prædictæ cõcordiæ. ¶ Neq; curo dè eo, q̃ vitanda est legum correctió: quià hic fieri non potest, cùm vltima derogent

priorib9, & nulla prædictarũ cõcordiarũ sit sufficiens propter prædicta Iura nouissima. nec est curandũ dè cõmuni opinione dè qua testatur Socinus in consil. 38. n. 1. volu. 3. quià est nullius momẽti pèr suprà dicta. ¶ Et sic praxis isti9 Regni, & aliorũ hãc decisionẽ admitit: quià nõ curat dè rrelaxatione. vt dè hoc Regno testatur Couarr. in lib. 1. varia. rresolu. c. 4. n. 7. & in lib. 4. decretal. 2. par. c. 3. §. 5. n. 2. in fi. & in d. c. qua muis pactũ. 3. par. §. 4. n. 2. in fi. quẽ sequitur Michael Grassis in tract. dè sucessio. §. sucessio àb intestato. quæst. 12. n. 2. & dè alijs Regnis testatur Masuer. in sua pract. titul. dè Iure Iur. n. 10. & Afflictis deciss. 263. n. 4. ¶ Quæ praxis admittenda est tàm coràm Iudice Sæculari, q̃ Ecclesiastico: quià in hoc Iuditio non tractatur dè viribus Iuramenti licitum, vel illi citum sit, sed tãtũ dè ejus obseruantia, & executione, & tùnc vterq; Iudex èst competens indifferentèr. tex. in l. si quis maior. C. dè transactio. & Bal. in c. 1. §. itèm sacramenta. dè pace Iura. firmá. n. 9. & pèr alia Iura, &. dd. quos allegat. Andreas Geil in pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 25. n. 4.

¶ Quæ praxis comprobatur pèr.d.c.licet.dè Iure Iur.lib.6.vbi Papa mandat: ꝙ Sæculares Iudices compellantur pèr censuras obseruare in Iuditio contractus Iuratos non vi,nèc dolo factos.A contrario ergò vi,vèl dolo factos nō cōpelluntur seruare.

10 ¶ Quæ conclusio,& ejus praxis fallit quandò metus leuis interuenit in apositione Iuramēti quià tùnc rrelaxatio petenda est, & concedi debet vt.dd.quos rrefert,& sequitur Couarr.in Regul.peccatum.2.par.§.3.n.7.

11 ¶ Est tamèn aduertendum àd vnum singulare,quòd omne Iuramentum(quod exigit rrelaxationem)instante necessitate,vèl magna vtilitate si Superior nō potest adiri, potest cōtraueniri àbsq; rrelaxatione.vt Inno.in. c. venerabilem.dè electio.n.fi.quem sequitur Abb.ibi.n.24. & Abbatem sequitur Bernard. Bombin. in consil.73. n.3.

12 ¶ Restat nùnc rrespondere àd fundamentū, quod mouebat dubiū,dè quo diximus in principio hujus articuli(scilicèt quòd Iuramentum fit Deo) àd quod duplex datur rresponsio : vna

Doctorum, altera mea. Responsio Doctorum est q; licet Iuramentum præstetur Deo, potest pèr partem rremitti vt in. c. 1. dè Iure Iur. & ibi glo. verb. rrelaxáda. & ibi Abb. n. 4. tex. in. c. tuas dè vsuris. Iuncta glo. verb. desistere. & notatur in. c. consuluit. dè vsur. &. dd. quos rrefert, & sequitur Afflict. decisio. 80. n. 5. & Tellus Hernádez in. l. 6. Tauri. n. 42. ¶ Et sæcularis Iudex est competens àd compellendum rrecipienté Iuramentum metu extortum, vt id rrelaxet Iuráti. vt rtaddit Felin. in. c. 1. dè Iure Iur. & Afflict. deciss. 263. n. 3. & Gregor. Lop. in. d. l. fi. ti. 11. par. 3. verb. *que lo hizo por fuerça.* & Marant. in pract. 4. par. distinct. 11. n. 66. ¶ Quod faciet Sæcularis pèr capturam personæ pèr tex. in. l. illicitas. ff. dè off. Præsid. vt Bal. in. c. 1. §. itèm Sacramenta. dè pace Iura. firmand. n. 8. qué rrefert, & sequitur Afflict. deciss. 80. n. 5. &. 6. &. decisio. 263. n. 3. quem sequitur Bernard. Bombin. in consil. 49. n. 35. &. 36. ¶ Ecclesiasticus auté Iudex id faciet pèr césuras vt in. d. c. 1. dè Iure Iur. & in. d. c. tuas. dè vsuris. ¶. Mea auté (& verior) rratio est: quià Deus voluntarium, non coactum milité eligit.

tex.

tex.in.c.præſens clericus.20.quæſt.3.& in.c. nõ eſt.15.quæſt.1.quod allegat.glo.vnica in. c.2. iſto tit.àd fin. ¶ Et ideò praxis non curat dè faciendo rrelaxare Iuramentum,ſed admitit contrauenientem propria autòritate abſq; rrelaxatione,& ſic rremanet expedita iſta quæſtio Iuramenti.

13 ¶ Prò complemento noſtræ rregulæ erit maximi momẽti explanare:àn in cõtratibus, qui ſunt ipſo Iure nulli proptèr metum,ſit neceſſaria ſententia declaratoria prædictæ nullitatis, vel poſsit quis eis contrauenire propria autoritate ? Et dico ꝙ Ancharran. in conſ. 382. n.2. pèr tranſenam dicit: credere, ꝙ ſit neceſſaria Sententia declaratoria. at ego intrepidè teneo contrarium,ſcilicet nõ rrequiri Sentẽtiã declaratoriam,& ꝙ poſsit quis contrauenire propria autoritate pèr tex.expreſ. meliorem dè Iure in. c.1.iſto tit.in quo patet, ꝙ mulier (quæ coacta monaſterium in trarat, & profeſsionem emiſſerat)mortuo marito propria autoritate, abſq; lite & Sentẽtia declararoria exiuit monaſterium, & matrimonium dè facto cùm quodam

Milite contraxit. & licet Episcopus eam, & maritum excomunicauit donèc separarentur. tamèn Papa (àd quem appellauère) Iussit eos absolui, & non separari præstita cautione dè parendo mandatis Ecclesiæ in diffinitiua. ¶ Textus etiã expressus, & optimus in. c. significauit. dè eo qui duxit in mat. quam pol. pèr adulter. vbi valuit secundùm matrimonium contractum nulla Sententia declaratoria nullitatis primi matrimonij metu contracti præcedente. & ibi notat Abb.n.2.idem Abb.in.c.2.isto tit. n.8. idem in.c.cùm locum.dè sponsalib.idem inducit àd hoc tex.in.c.veniens.dè spons. supèr ipso textu.n.7.

14 ¶ Facit prò hac parte, quod Doctores tradunt dè matrimonio nullitèr (ob aliam causam q̃ metus) contracto, quòd eo non obstante absq; sentẽtia declaratoria Iudicis, poterit aliud validè contrahi quos rrefet, & sequitur Matienz. in Rubri.tit.2.lib.5.Recop.glo.1.n.55.

15 ¶ Ex quo infero duo àd praxim Dominorũ Inquisitorum Hæreticæ prauitatis. Primum, q̃ si procedendo contrà Monachum, Monialem

ve,

vè, seù Clericum in Sacris: quià matrimonium carnale post monachatum, seù ordinis Sacri susceptionem cõtraxerint, & oppositum, & allegatum fuerit àb eis, quòd talem Monachatũ, seù ordinem Sacrum pèr metum susceperunt, q̃ debent rremittere causam examinandam Ordinario supèr dicta exceptione, vt èx ea quid faciendum sit intelligant. Nam si nullitas metus illati causa constet: tùnc liberè debent dimitti, si autèm non constet, quòd tùnc eos puniant: & sic, quòd seruetur dispositio. d. c. 1. isto titul.

16 ¶ Secundum, quòd si procedendo contra Binubos opposuerint, se primũ matrimonium metu contraxisse: quòd debent facere iddem, quod in casu præcedenti: & sic quòd seruetur dispositio. d. c. significauit. dè eo qui dux. in mat. quam pol. pèr adulterium. Quod fallit quandò metus in fertur àd contrahendum cùm aliqua dè certo genere: quià tũc valet matrimonium pèr Iura, quæ adducit Palat. Rub. in Repeti. c. per vras. 3. notabi. §. 11. n. 1.

17 ¶ Secunda rregula sit: omnis cõtractus Pro-

phanus metu gestus valet mero Iure, sed rrescinditur vt in toto titulo.ff.isto titul. &.l. dolo. C.dè inutilib.stipulatio. Colligitur ista rregula ex.d.glo.vnica cap.2.istius titul.& èx Abbate. ibidem.n.7.cum sequent. & ex Hostiens. in sum. istius titul. n. 6. & èx Andre. Geil in suis pract.obseruatio.lib.2. Obser.93. n.4. cū duob. sequent. Ratio istius rregulæ est:quià in Prophanis sufficit voluntas simplicitèr vt in.c. meritò. 15.quæst.1.& in.l.si mulier.§.penult. ff. isto titul.

18 Fallit primò ista rregula in prorrogatione Iurisditionis metu facta, quæ non valet ipso Iure tex.in.l.2. in prin.ff.dè Iudi. glo. vnica in.d.c.2. isto tit. & ibi Antonius. dè But.n. 10. & Zabarella n. 1. versi. quintus casus. & Abbate.n.12. & Padilla in.d.l. interpositas. C. dè transactio. n. 7.

19 ¶ Falit secundò in autoritate tutoris metu interposita, quæ ipso Iure non valet. tex.in.l.1. §.si.ff.dè autorit.tutor. &.d.glo.vnica. & Anto. dè.But. & Zabarella vbi suprà proximè, & ibidem Abb.n.14.& Padilla.d.n.7.

¶ Fallit

¶ Fallit tertiò generalitèr in administratorijs èx munere offitij pèr.d.§. fin. proximè allegatum.& Bal.in tit.dè controuer. inuestit.n. fi. & Detius in.l. velle non creditur. ff. dè rregul. Iur.n.4.quem rrefert,& sequitur. Sarmiento in tract.dè rreditib.Ecclesiæ.1.par.c.4.n.8.

21 ¶ Fallit quartò in mandato pèr vim concesso vt.dd.quos rrefert,& sequitur Sarmiento. d. n. 8.

22 ¶ Fallit quintò in contractibus Innominatis,inquibus est locus pœnitentiæ. vt Sarmiento vbi suprà.n.9.¶ Dè quorum contractuum innominatorum materia vide Anton. Gomet. in lib.2.variar.c.8.pèr totum.

23 ¶ Fallit sextò in contractibus in quibus interuenit enormissima læsio. Quam fallentiam considero:eo quià sola enormissima læsio absq; metu annullat,& òb id fit fructuū rrestitutio vt Gamma indecisio.Lusitan.1. par. deciss. 94. n.3.à fortiori ergò anullabit, si interueniat metus.

¶ Fallit vltimò in omnibus casibus annexis, & accessorijs àd spiritualia vt

diximus suprà.n.4. cùm sequentibus.

25 ¶ Sunt & alij casus prophani, qui cōtrouersiam patiuntur àn valeant, àn sint nulli? Qui sunt: additio hæreditatis, testamentum, sententia. Et placuit multis.dd.eos rremanere sub rregula non obstante contrariorum.dd.opinione: & sic quòd valeant, & quòd debeant rrescindi. Quos latè & benè examinat Padilla in. d. l. interpositas. C. dè transactio. primum in.n.8. secundum in. n. 9. tertium in. n. 11. àd quem me rremitto ne eum hic transcribam. ¶ Quæ opinio mihi non placet: quià hi actus sunt liberæ voluntatis. & sic à cōmuni opinione discedit Menchaca dè success.crea.§.17.n.5.tenendo non valere ipso Iure testamentum metu factum sequendo Iasso. Quod & Imola tenet in.l.1. ff.dè testa. & alij multi, quos omitto: quià moueor rratione, & non multitudine. dd. iddem tenet ipse Menchaca in tract.dè suces.progressu.§.30 n.16. ¶ Vbi etiàm tenet, quòd si Tabelio fuit coactus àd faciendam scripturam testamenti, tale testamentum sit nullum ipso Iure, & esse communem. ¶ Et iddem esse si testis cōpulsus fuit

fuit addesse testamento. à fortiori erit nullum ipsum testamentum. ¶ Et Iudicium dè testaméto est dè additione hæreditatis. ¶ Et dè sententia est tex. expressus in. c. Iniustum Iuditiú. 11. quæst. 3. conditus à Calixto Papa, & in. c. omne. 25. quæst. 1. conditus à Marcello Papa: & qui contrarium tenuere loquuti sunt contrà Iura, expressa. ¶ Est tamèn aduertédum, ꝙ electio certæ personæ pèr metum facta non valet ipso Iure, Secùs quandò fit dè incerta, alicujus tamé generis vt Palat. Rub. vbi suprà isto capit.

26 ¶ Tertia Regula est dè contractu nudo vt suprà. n. 2. diximus.

27 ¶ Vltimò & prò complemento nostri capitis, & vt praxis sit manifesta, est dicendum, ꝙ in contractibus ipso Iure nullis libellus debet concludere: ꝙ declarentur nulli, & non debet peti, ꝙ rrescindantur. Quià quod nullum est, rrumpi non potest. tex. in. l. nàm & si. ff. dè in Iusto rrupto, irrito q; fact. testa. l. qui binos. ff. dè vsu fru. ¶ Et in contractibus, qui mero Iure valent: debet concludere libellus quòd rrescindantur. hanc practicam colligo èx supradic-

tis regulis. & sentit glo. vnica in. d. c. 1. isto titul. & ibi Anto. dè But. n. 7. Iuncto. n. 11.

RECAPITVLATIONES.
CAP. 10.

PROBATIONIS *materia in causa metus per sex conclusiones expenditur.* 1.

CAPVT. 10. DE PROBATIONIS materia in causis metus.

1 IAM TEMPVS EST accedendi àd materiã probationis faciendæ in causa metus: quam vt expeditissimè, & Magistralitèr expediam sequentes facio cõclusiones.

¶ Prima quis teneatur probare in hac materia metus? An allegans metum, àn ejus aduersarius negans metum?

¶ Secunda àn suffiat probare metum in genere,

nere vel sit necesse probare eum in spetie?

¶ Tertia quibus modis probabitur metus, vt dicatur plenè probatus.

¶ Quarta àn probato metu admitatur probatio in contrarium?

¶ Quinta dato concursu probationum, quæ probatio præferatur?

¶ Sexta quo modo probabitur spontanea voluntas?

RECAPITVLATIONES.

§. 1.

CONCLVSIONES omnes dè materia pobationis in causa metus sunt difficillimæ. 1.

Cui incumbat onus probandi generice. 2.

In casibus rrequirentibus liberam voluntatem non tenetur probare is qui metum passus est. 3.

Qualitas rrequisita àd essentiam alicujus dispositionis probanda est àb eo qui eam proponit. 4.

Quandò plura conjunctim rrequiruntur, probanda sunt omnia, alias succumbet. 5.

Indubio contractus præsumetur spontè factus. n. 6. *&* n. 9.

In casibus in quibus sufficit voluntas simpliciter, probabit metum passus. 7.
Fallit. n. 10.
Voluntas coacta voluntas est. 8.
Quandò est præsumptio metus contrà factum, non probabit passus metum, quia rreleuatur. 10.
Subditi non tenentur probare metum quandò soluunt Dominis aliqua onera. 11.

§. 1. QVIS TENEATVR PROBARE in causa metus?



DIFFICILLIMAE sanè omnes prædictæ cóclusiones sűt, sed dificilior omnibus est ista: quis teneatur probare in materia metus. Quam (Deo Duce) Magistraliter explicabimus, & in ea rrationem decidédi ad caput primum hujus tituli (nusq̃ àb aliquo percepta) assignabimus. & sic rremanebit in posterùm difficultas illius textus plana, & manifesta.

¶ Materiam

2 ¶ Materiam cui in cubat onus probandi genericè tractat Speculator in tit. dè probatio. §. 1. incipit: Probare autem. per totũ. & nouissimè Iustus Reuberius in tract. dè testibus. 3. par. ã. n. 81. vsq; àd. 113. mirificè sanè, & prout tantos viros decebat: sed tamen àb eorum dictis nostra difficultas in spetie diffiniri non potest, immo eis casus noster addi potest.

3 ¶ Et vt speties nostra percipiatur distinctione est procedendum sic: aut sumus in casibus, in quibus rrequiritur voluntas libera, seu spontanea, seu Plena. aut sumus in casibus, in quibꝰ sufficit voluntas simplicitèr, sinè illa qualitate. Primo casu is qui metum passus est siuè actor, siuè rreus non tenetur probare metum, sed aduersarius ejus tenetur probare illam qualitatẽ spontaneæ, liberæ, seu plenæ voluntatis tex. express. in. c. 1. isto titul. qui singularis est, & à nemine benè perceptus, nèq; intellectus. vbi mulier (quæ ingressa est monasterium, & proffessionem emisit, & posteà propria autoritate exiuit monasterium, & matrimonium carnale dè facto contraxit) nõ arctatur probare metũ,

sèd moniales arctatæ fuerunt probare spontaneam voluntatem illius mulieris in proffessione interuenisse. ¶ Et quamuis dura visa sit decisio illius textus ignorantibus rrationem decidendi àd illum, tamèn non est nisi Iuridica, & rregularis. Quod planè ostenditur traddita ratione decidendi sua.

4 Quæ fundatur induplici rregula generali Prima, ꝙ quandò aliqua qualitas rrequiritur àd essentiam alicujus dispositionis, fundans se supèr illa qualitate debet illã probare, siuè actor siuè rreus. & nõ sufficit probare factum nisi probet illam qualitatem simùl cùm facto. tex. in l. Fulcinnius. §. 1. ff èx quib. caus. in posses. eat. tex. in l. Titius ff. dè militar. test. & in l. non solum. §. sciendũ. versi. sèd vt probari posit. ff. dè noui oper. nuntiat. & ibi Bar. n. 1. & 2. tex. etiàm in l. 1. §. ait prætor. ff. nèquid in flu. publi. & ibi èx eo notat Bar. n. 1. quem. §. legit in. §. quod autèm. & Bartolum sequitur Alexand. in consil. 1. volu. 3. n. 24. Ponit hanc rregulam alegando. alias allegationes Ioanes Crotus in tract dè testib. par. 9. n. 49. tenet allegãdo Alia Iura Bal. in. l.

Titia

Titia diuortium. ff. solut. matri. n.2. àd quam
rregulam multos congerit.dd.Hipolit.dè Mar-
sil.in Rub.C.dè probatio.n.437. & n. 439. & in
singulari.187,pèr totú.& Anto.Gomez in.lib.2
variar.c.3.n.22.¶ Et ideò in actu rrequirente vo
luntatem cùm hac qualitate libera seù spon-
tanea,seù plena non sufficit probare factum, ni
si probetur illa qualitas, vt probatú rremanet,
& vt suprà diximus in.c.8.§.2.n.13.

5 ¶ Secunda rregula est,ꝙ quãdò duo seù plu
ra conjunctìm rrequiruntur, probáda sunt om
nia aliàs defficiens in probatione vnius defficit
in toto.tex.in.d.l.Titia diuortiú.ff.solut. matri.
& ibi Bal.ponit etiàm istã rregulam èx eo. n.1.
& Angel.n.2.& tex.in. l.àd testium. §. siquis èx
testibus.ff.dè testament.& qui testa.facer.poss.
& Hiero. Schurpff. in consil.19. n.4. Centur. 2.
& sequitur.M.Castrio.in additio àd Masue.tit.
dè probatio.n.27.¶ Sèd in his casibus in quib9
rrequiritur voluntas libera, duo conjunctìm
rrequiruntur, scilicèt voluntas:& libertas volú-
tatis:& sic non sufficit probatio voluntatis, ni
si probetur,ꝙ fuerit libera conjunctìm.

6 ¶ Neq; obstat rratio dubitandi, quæ potest sumi ex Iuris præsumptione, scilicèt q in dubio contractus præsumitur spontè factus, nisi contrarium probetur, secundùm tex. in. l. 2. C. isto tit. & Altiat. in tract. præsump. rregul. 3. præsumpt. 7. n. 1. quem rrefert, & sequitur Rebuff. in comment. 2. tom. in tract. dè rrescisio, contract, glo. 12. n. 11. quià illud procedit in casibus, in quibus sufficit voluntas simpliciter, nō quādò rrequiritur voluntas cùm qualitate libera: quià tùnc rrequiritur probatio specifica, & nō sufficit præsumpta pèr. d. duas rregulas àd ductas in rratione decidendi. ¶ Et sicùt in simili dicimus, quòd licet quis præsumitur bonus, & idoneus vt dicit glo. in. c. 1. dè testib. verb. idonei. vbi allegat, tamèn si Lex, vèl statutum rrequirit, quòd testis sit idoneus, & bonæ famæ, nō sufficit probare pèr testes, nisi probetur. illa qualitas in teste: quià illa præsumptio rregularis non sufficit, quandò exigitur illa qualitas vt Euerard. in consil. 19. n. 13. & alij plures. dd. sed melius, q̃ alius Ican. Crot. in tract. dè testib. par. 9. n. 46. cùm quinq; sequentibus. ¶ Neq; obstat.

obstat. 2. rratio. dubitãdi quæ potest dè duci dè. l. actor quod asseuerat. C. dè probatio. quià illa assertio est prægnans, & parit negatiuam vndè dicens ꝙ fuit metu coactus videtur negare spõtè fecisse Bal. in. l. fi. C. dè Hered. insti. n. fi. & tũc actór non tenetur probare pèr rregulam generalem ipsius legis actor. quam ponit dè negãte.

7 ❡ Deueniendo àd secũdũ casum nostræ distinctionis: scilicet quandò sumus in casibus, inquibus sufficit voluntas simplicitèr absq; illa qualitate libera, tũc temporis is, qui metũ passus est, siuè actor, siuè rreus tenetur probare metum tex. in. l. si cùm exceptione. §. in hac actione. & in. l. non est verisimilè. ff. isto tit. & in. l. interpositas. C. dè transactio. & in hoc casu in telligendus est Ioseph. Mascard. in tract. dè probatio. par. 1. conclusio. 78. n. 13. & quos. ibi. rrefert.

8 ❡ Ratio decidendi àd nostram conclusionẽ est etiàm duplex. Prima quià in his sufficit voluntas, etiàm sisit coacta: quià voluntas est. tex. in. c. meritò. 15. quæst. 1. & in. l. si mulier. §. pe. ff. isto tit. & sic facto, seu contractui standum est, donèc metus probetur.

9 ¶ Secunda ratio decidendi est: quià in dubio actus præsumitur absq; metu factus, vt diximus suprà n. 6. & hoc, nè præsumatur delictũ secundum tex. in. l. meritò. ff. prò socio.

10 ¶ Fallit ista secunda nostra regula: quandò est præsumptio metus contrà factum. Quià tũc non probabit metũ passus: nàm illà præsumptione releuatur, & transfert onus probandi in aduersarium, vt colligitur èx Altiat. vbi suprà, vbi dicit: ꝙ agens interdicto recuperãdæ habet præsumptionem prò se, ꝙ metu renuntiauerit. Quem sequitur Rebuff. vbi suprà. ¶ Et regulariter præsumptio transfert onus probãdi in aduersarium, vt tradit Speculator in. d. §. 1. d. titul. dè probatio. n. 11. & Ioan. Crot. in. d. tract. dè testib. 1. par. n. 10. vbi ambo allegant.

11 ¶ Et ideò Domini, qui aliqua onera habent supèr subditis absq; titulo, tenentur probare, ꝙ subditi spontè, & non pèr vim ea onera exhibuerint, vt. ddin. c. quod latèter. dè reg. Iur. in Decretal. vt firmat Couarru. in reg. Possessor. 2. par. §. 4. n. 1. & 5. Quià præsumptio est contrà eos, ꝙ subditi non spontè sèd pèr vim, & metũ soluerint.

soluerint. & Zazius in. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rrer. act. non det. n. 8. ¶ Et sic rremanet expedita ista prima conclusio.

RECAPITVLATIONES.
§. 2.

METVS debet probari in spetie, & non in genere. 1.
Qualitas metus debet in spetie probari. 2.
Metus illatus quo ad vnum contractum durat, & operatur quo ad alios posteà factos. 3.
Minæ, vel verbera illata ex vna causa sufficiunt ad probandum metum quo ad aliam. 4.
Sufficit probare probabilem timorem metus. 5.
Non est necessè probare personam, à qua sit illatus metus. 6.

§. 2. AN SVFFICIAT PROBARE metum in genere?

1 AD SECVNDAM CONCLVSIONEM deueniendo dico: quòd rregula est, quod metus

metus debet probari in specie, & non in genere (hoc est, quod fuerit illatus pro illo actu, seu contractu faciendo) vt patet in.c.accedens.dē conuersio. Cōjugator, & ibi Inno.verb.verbera.idē in.c.cū locū.dè spon.n.2.& ibi Ioā.Andre.n. Bal.in.l.interpositas.C.dè trans.n.4.& ibi Rimi nal.n.3.& ita fuit decisū inCōcilioNeapolitan. vt testatur Afflict.decis.246.n.fi.tenet Rebuf.in cōmētar.2.tom.in tract.dè rescis.cōtract.glo. 22.n.4.& Rolād.Valle in cōsil.83.volu.2.n.23.

2 ¶ Et nō solū debet probari in spetie cōtractus, sed debet probari in spetie qualitas metus illati, hoc est, quæ minæ, quæ verbera, quæ aliæ species intimidationis fuerūt illatæ, & factæ.tex in.d.c.accedens.& in.d.l.interpositas.&ibi Bal. d.n.4.&Faber in.§.quadrupli.inst.dè actio.n.2.

3 ¶ Fallit primò nostra conclusio, & ejus ampliatio, quādò semel fuit illatus metus quo àd vnum contractū: quia tunc præsumitur durare ille metus quo àd alios cōtract9 ita Cyn.in. l.2. C.isto tit.n.2.in fi.Bal.in.l.2.C.dè his qui proptèr.met.Iud.nō appel. n.3.&.4.quem refert, & sequitur. Philip. Fran.in.c.fi.dè appē.n.8.& ibi

Decius

Detius.n.22.in fi.& tenet Euerard.in consil. 19. n.23. & Rebuff.pèr multa Iura, & rrationes vbi suprà.n.5.&.6.vbi dicit ita sèruari in actu Iuditiario, quicquid dè stricto Iure dicatur.& Rebuffū sequitur Aueda.in suo dictionario. verb. fuerça in fine quos ego sequor,licèt aliqui voluerint cōtrariū,vt fuit Inno.& Afflict.vbi suprà ¶ Cōfirmatur ista fallentia arguēdo èx præcedentibus, & à præterito vt videre est suprà.c.2. §.7.n.19.&.20.
4 ¶ Ex qua fallentia corollariè sequitur,ꝙ quandò probātur minæ, vel verbera, etiā si sint illata èx alia causa sufficiunt àd inualidandū actū, nisi pars aduersa probet interueniſſe èx justa causa:vt potè ꝙ vxor fuerit inuēta in adulterio,& òbid fuerit verberata: quià talia verbera non probabunt metum in alia causa, ita Rebuff.vbi suprà.n. 7.& p allegationes suprà in præambu. n. 22. ¶ Quod confirmatur à solitis.dè quo latè Euerard.in topicis legalib. c.àb vsitato.seù à solitis pèr totum.

5 ¶ Fallit secundo quandò probabilitèr dubitatur dè offensione:quià tùnc licèt non probetur metus illatus, sufficit probabilis timor ejus.

pèr ea quæ traddidimus ſuprà in. c. 2. §. 6. n. 1. cùm multis ſequentibus.

6 ¶ Eſt tamèn aduertendum, quòd non eſt neceſſè probare quis ſit, qui metum intulit: ſufficit enim probare metum illatum, licèt non deſignetur perſona tex. in. l. ſicùm exceptione. §. in hac. ff. iſto tit. & ibi glo. penult. & Bal. n. 1. & Angel. n. 4. & Faber in. §. quaprupli. inſtit. dè actio. n. 2. & ibi Angel. n. 2. & antè omnes Azo, quē rrefert, & ſequitur Anto. Gabriel Rom. lib. 7. concluſio. 17. n. 10.

RECAPITVLATIONES. §. 3.

IN probationibus ſtat cauſarum pondus. 1.

Probatio, ſufficiens contrà metum inferentem ſufficit contrà tertium.

Probatio relinquitur Iudicis arbitrio. 2.

Probatio metus relinquitur arbitrio Iudicis. 3.

Probatum dicitur aliquid quando Iudici eſt facta plena fides, quomodocumq; ſit. 4.

Probationi perſuaſiuæ, licèt non concludenti poteſt

Iudex

Causa valdè difficilis, quæ sapit quandam impossibilitatem probetur vnicò teste. 20.

Et probatur eo modo quo potest.

Metus probatur pèr tractatum præcedentem dè metu inferendo. 21.

Fuga facta statìm, quòd quis potuit fugere, probat metum præcessisse. 22.

Et probatur solò proprio iuramento. 23.

Et solo dicto testatoris, & Iuris præsumptione.

Metus debet probari pèr apertissimas probationes, quãdò est aliqua præsũptio cõtrà metũ possũ. 24.

Solent aliquandò mariti simulare, quòd inferunt metum vxoribus. 25.

§.3. QVIBVS MODIS PROBETVR metus.



1 ENIO NVNC AD tertiam conclusionem, quæ nimìs necessaria est: quia in probationibus stat causarũ pondus. l. qui rrepudiantis. §. fi. ff. dè inoffi. testa. quam àd hoc citat Bald. in. l. ingenuum. ff. dè statu homi. n. 6.

homi.n.6. & tenet Sylua Nuptial.in lib.5. n.121. àd fine. ¶ Et præmitto, ꝙ probatio sufficiens contrà metum inferétem, erit sufficiens contrà tertium, àd quem rres deuenit vt dixi. suprà. cap.8. §.4. n.3.

2 ¶ Et est scidendum, ꝙ generalitèr omnis probatio rrelinquitur arbitrio Iudicis tex. in. l.3. §.1.ff.dè testib.

3 ¶ Et in causa metus expressè tenent.dd. rrelinqui probationem Iudicis arbitrio, vt Paul. dè Cast.in.l.admonédi.ff.dè Iure Iur. n.38.cùm seq.Detius in.c.fi.dè appellatio.n.24.idem in.l. in omnibus causis. ff. dè rregul. Iur. n.7. & alij. dd.quos rrefert, & sequitur Couarru. in.4. decretal.2.par. c.3. §.5. n.10. Caballi. in suis mille loq.2.par.c.787. Rebuffus in cōmétar.2. tomo. tract.dè rrescis.contract.glo.12. n.14. & Menochius.in tract.dè Arbitrar.Iudi.lib.2. Centur.2. casu.136.n.2.

4 ¶ Ex quibus sequitur, ꝙ tùnc dicetur aliquid probatum, quandò est facta Iudici plena fides: hoc est, quandò Iudex pèr ea, quæ sibi ostensa sunt, est adductus àd credulitaté.tex.in.l. quin-

quaginta.ff.dè probatio.l.àd fidem.ff.dè testib. l.procurator.C.dè edend. ita dicit Bar. in.l. admonendi.ff.dè jure jur.n.15.quem rrefert, & sequitur Gabriel Paleotus.in tract.dè nothis, spurijs q; filijs.c.21.n.3.tenet etiàm Socin.in consil. 11.n.6. lib.3. & in consil.98. n.8. lib.4. quem sequitur Detius in consil.510.n.3.

5 ¶ Vndè Iudex potest credere probationi verisimili, & persuasiuæ licèt non concludenti. Quod aprobat Senat. Pedemont. in decisio.1. n.30.¶ Est tamèn aduertendũ, ꝙ debemus caue re à Ripa in rresponso. 105.n.4. vbi dicit. ꝙ àd probandum metu gestum rrequiritur legitima probatio pèr tex.in.c.1.isto tit.ibi: legitimè probatum fuerit.& subdit, ꝙ vbi rrequiritur legitima probatio debet fieri fides indubitata. & sic destruit nostram doctrinam.quià in primo malèdicit in duobus: Primò in quãtũ dicit, quod rrequiritur legitima probatio:quià non rrequiritur specificè legitima probatio in probatione metus, sèd rrelinquitur arbitrio Iudicis, vt diximus in. n. 3. Secùndò in quantùm adducit tex.in.c.1.isto.titul.quià ille tex. loquitur in probatio-

probatione spontaneæ vo luntatis, non in probatione metus. vt in eo videre est. ¶ Et etiàm debemus cauere à Bertrand. & à Bursato, qui eum sequitur, & à Iosepho Mascardo qui eos sequjtur in tract. dè probatio. 2. par. conclusio. 1055. n. 14. dicentibus, quòd àd metum probandum rrequiruntur veræ, & liquidissimæ probationes, nèc satìs sunt presumptiuæ. Quorum Doctorum, & Ripæ decisiones sunt in telligendæ, quòd procedant in casu quem ponimus infrà. n. 24.

6 ¶ Itèm est sciendum, quòd in omnibus causis, in quibus numerus testium non est assignatus, sufficiunt duo testes. tex. in. c. licèt vniuersis. dè testibus. & in. c. pluralis loquutio. dè rregul. Iur. in. 6. & in. l. vbi numerus. ff. dè testib. & in. l. 32. titul. 16. par. 3. ¶ Etiàm in actis grauissimis tex. in. c. quotiens. dè testibus. quem ibi comendat Abb. n. 1. & communiter Doctores. ¶ Et etiàm contrà Papam, vel Imperatorem vt glo. in. c. Præsul. 2. quæst. 5. verb. Præsul. quam sequitur Abb. in. d. c. quotiens. d. n. 1. idem Abb. in. c. àt si clerici. dè Iudi. n. 3.

¶ Et in specie nostra (hoc est in causa metus) sufficere duos testes tenet Bal. in l. nostram. C. de testa. n. 9. & Iasson in. d. l. interpositas. C. de transactio. n. 5. quos rrefert, & sequitur Caballi. in. d. milleloq. 787.

8 ¶ Quod ampliatur in tantùm, q non solùm duo testes contestes, sed etiàm singulares sufficiunt àd probãdum metum vt Thomas Grammat. in decis. 5. n. 15. quem rrefert, & sequitur Iacobus Philip. Portius in suis communibus conclus, vtriusq; Iuris. conclusio. 34. in prima limitatione in. 17. illatio. & Anto. Gabriel Roman. in suis conclusio. tit. dè testib. conclus. 2. limitat. 21. n. 56.

9 ¶ Quæ ampliatio corroboratur: quià in causis difficilis probationis, duo testes tendentes ad eundem finem faciunt plenam probationem tex. in. l. 1. tit. 2. lib. 8. ordi (quæ hodiè est. l. 4 ti. 6. lib. 8. rrecopilat) & ibi Didacus Perez. verb. *se puda prouar:* qui benè loquitur dè materia. tex. etiã in. l. 8. tit. 15. lib. 8. ordi. (quæ hodiè est. l. 6. tit. 9. lib. 3. rrecopilat) & ibi etiàm Didacus Perêz, &. dd. quos allegat Euerard. in suis topicis

cis legalib.in præambul.n.8.

10 ¶ Et causa metus est difficilis probationis: quia vt plurimum infertur secretè, & intrà domum vt testatur Rafael Cuman. in consil. 68. n.3.& Imola in. c. causam matrimonij. dè offi. delegat. n.11.quem ibi sequitur Barbat. n.12.in medio & in consi.38.n.28. volu.4. & Socin Iunior in consil.47.n.33.volu. 3. & Altiat. dè præsumptio.rregula. 3. præsumptio.7.n 3. Boetius decisio.101.n.8.Rebuff.in commentar.2.tomo in tract.dè rescis.contract.glo.12. n. 14. & Andreas Geil in pract. obseruat. lib.2. obseruatio. 93.n.18.Caballi.in.d.milleloq. 787. Menochius in tract.dè arbitrar.Iudi.lib.2. Centur. 2.causa. 116.n.17. vbi traddit alios casus difficilis probationis.Padilla in.d.l.interpositas.C. dè transactio.n.33.

11 ¶ Et etiàm probatur cùm vno teste, & aliquibus conjecturis,seu rationibus. Nàm rregularitèr isthæc in omnibus causis est plena probatio.tex.in.c.dè testib9.dè testib.l.1.§. ijdē Cornelio.ff.dè questio.l.instrumenta.C.dè probatio.glo.in.l.2.inprin.ff.dè excusat.tutor.verb

 legiti-

legitimis. & Bar. in. d. §. ijdem Cornelio. n. 3. quem, cùm alijs glosis ibi rrefert, & sequitur Hipolit.dè Marsil. n.2. dicit Cõmunem Socin. Iunior in Consil.56.n.5.volu.4.

12 ¶ Itèm probatur metus inditijs, & præsumptionibus,&conjecturis Bal.in.d.l.interpositas C.dè trans.n.5.& Anto. dè But.in.c. solicitè. dè rresti.spo.n.10.quem sequitur Rode.Xuarez in allegat.23.n.23.Detius in Consil. 218. n.2. idem in.l.in omnibus causis.ff.dè rregul.Iur.n.7.Alexand.in consil.98.volu.3.n.6.vbi alios allegat. Socinus Iunior in consil. 47. n. 33. volu. 3. Ancharranus in consil.299.n.1.&.3.Purpurat.in cõ sil.282.n.12.& in consil.579.n.12. Cuman. in.d. consi. 58. n.3.&.5. Altiat. dè præsumpt.rregul.3. præsumpt.7.n.2.Senat.Pedemon.in deciss. 179. n.1.Rebuff.in commẽt.2.tomo in tract.dè rrescis.contract.glo.12.n.14.Menochi.in.d.cõ.1.volu.1.n.273.Caballi.in.d.mille loq.787. Gamma in deciss. Lusitan.1.par. deciss. 346. n.2. Ioseph. Mascard.in tract.dèprobatio.2.par.cõclus.1056 pèr totã.¶ Et hoc esse communitèr rreceptũ in metu nocturno, vel clandestino testatur Andreas

dreas Geil.d.obſeruatio. 93.n.16. ex Bal.in.d.c. cauſam matrimonij.dè off.deleg.n.4. quem rre fert,& ſequitur Barbat.in conſ.38.n. 28. vol.4.

¶ Quibus aſtipulantur ea quæ traddit Euerar. in ſuis topicis legal. c.à cōmunitèr accidentibus.vbi in toto illo capite loquitur ſingularitèr dè materia,maximè.n.16.

13 ¶ Item argumentis leuioribus probabitur met9 teſte Padilla in.d.l.interpoſitas.C.dè trāſ. n.33.pèr.c.fi.dè teſtib.cogend.& pèr.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.dè rre Militàri.

¶ Eſt tamèn aduertendum àd ſuprà dicta quòd inditia,& præſumptiones,& conjecturæ,& argumenta rrelinquuntur Iudicis arbitrio Menochius dè arbitrar.Iudi.lib.2.Centur.2.caſu.136. n.2.& Ioſeph.Maſcard.in tract.dè probatio. 2. par.concluſ.1056.n.10.cùm ſequentibus. & aliquæ poſſunt colligi èx omnibus quæ traddidimùs ſupra.c.2.§.7.pèr totum.

14 ¶ Et àn proteſtationibus probetur metus examinandū eſt?Prò cujus perfecta declaratione præmito:ꝙ dè materia proteſtationis ingenere loquuntur Bar.in.l.non ſolū.§.morte.ff.dè

oper.noui nunt.&.dd.in.c.cùm. M. Ferrariẽsis. dè constitu.& in.l.qui in aliena.§. Cellus. ff. dè acquir.hæredi.maximè Iasson pèr totam.& Archidiaco.in.c.Diaconus.27.distinct.n.3. pèr totum.& Gometius in Regu.Cancellariæ dè annali possess. quæstio. 14. versi. penulti. in cipit nèc obstat.& in quæst.76. & Pinel. in authent. nisi tricen.n.43.in.4.ampliatio.vbi multos. dd. allegat.& Caballi.in suis mille loq.2.par.c.869.

15 ¶ Præmitto etiàm,quòd protestatio non est necessaria in causa metus,ideò si metum passus non sit protestatus, nihilominùs admititur àd probationem metus, & Iuuabitur eo,ita patet in. c.1. isto tit. & ibi glo. in. verb. proposuit. & verb.non timore mortis.& glo.in.c.Lotharius. 31.quæst.2.verb.innotuit.in fine.& Cuman. in d.l.qui in aliena.§. fi. n.7. Detius in.c. fi. dè appellat.n.21. idem in. l. in omnibus causis. ff. dè rregul. Iur. n. 12. idem in consil. 218. n. 4. vbi alios allegat.Purpurat.in consil.579.n.5 volu.2. Couarru.in.4.decretal.2.par.c.3.§.5.n.fi.

16 ¶ His ita præmissis àd nostram speciẽ deueniendo dico,quòd magna pugna est inter jura,

& Doc-

& Doctores supèr hoc puncto. nàm lex metũ. C.isto tit.dicit:quòd metus non probatur protestationibus, neq; rreclamationibus. & hanc partem pèr illam legem tenet ibi Paul. dè Castro.n.1.& Abb. in. d.c. causam matrimonij. dè off.delegat.n.5.& Socin.in consil.4.volu.3.n.31. & Philip. Fran. in.d. c. si. dè appelat. n.3. ¶ At tex.in.c.1.isto titulo ibi: & ꝙ in dè quandò cũq; posset exiret.& tex.in.d.c.Lotharius. sentiũt contrà.& glo.in.d.c. Lotharius. verb. innotuit. quam sequitur Socin.Iunior in.l.siquis inprincipio testamenti.ff. dè legat. 3. n.61. & potest adduci àd id glo. in. d. c. Diaconus. 27. dist. verb. si contestatus. in quantùm adducit. d. c. Lotharius. & tenet expressè Ray. prout rrefert Abb.in.d.n.5.& tenet Gaspar Calderi. in consil.1.hujus titul.n.3.& facit meliùs dictum Aymonis Crauetæ in consil.114. volum.1. n. 6. vbi dicit:quòd præsumitur contrà non protestantem,ꝙ sponte contraxerit vt suprà eum rretulimus.c.8.§.3.n.12. ¶ Resolutio tamèn nostræ quæstionis sit: ꝙ aùt protestatio præcedit factum, & tùnc probet, & sic procedat secunda

Pp opinio.

opinio. aut protestatio fit post factum, & tunc non probet, & sic procedat prima opinio. & ita distinguit. Calderi. vbi suprà. ¶ Neq; obstat. d. l. metum: quia illa intelligitur in protestatione facta post factum, prout intelligit. d. glo. ver. innotuit. ¶ Et sic q; fallat illa lex. in protestatione antè factum. ¶ Item fallit quandò aliqua præsumptio fauet protestationi vt soci. Iun. d. n. 61. & sic intelligatur dictum Abbatis, & aliorũ, qui in. d. leg. fundantur. ¶ Nisi malueris, q; eo quià. d. l. metum, loquitur simplicitèr, & sinè distinctione, & non possit distingui: quòd vnaquæ q; lex seruetur in suo foro, quod non probo.

17 ¶ Vnum verò est absq; dubio (scilicèt) quòd protestatio siuè præcedat, siuè sequatur vtilis est, & multũ Iuuat, vt prædicti Doctores. & patet in. c. consultationi. dè sponsalibus. & ibi tenent multi Doctores. & Bal. in Rub. istius tituli. n. 4. & Socin. in consil. 27. n. 13. volu. 3. ibi: præterea. cùm. n. sequenti. & Iass. in. l. pacta nouissima. C. dè transactio. n. 12. in. fi. quem sequitur Sylua Nuptialis in lib. 2. n. 119. & Craueta in. d. consil.

cõsil. 114. vol. 1. n. 6. ¶ Etiã si talis protestatio fiat in absentia vt Iass. d. n. 12. & Sylua Nup. vbi suprà. & Anto. dè But. in. c. tua nos. dè sponsalib. n. 16. & ibi Abb. n. 9. quos rrefert, & sequitur Socin. in d. consil. 27. n. fi. ¶ Prodest etiã protestatio facta post factũ, si fit statim, quòd quis potuit fugere, àd purgãdã præsũptionẽ rratihabitionis. pèr tex. in. d. c. cõsultationi. dè spõsalib. & ibi. dd. & Alexand. dè Neuo in consil. 12. n. 12. & Ancharran. in consil. 299. n. 1. & 3.

18

19 ¶ Itèm probatur metus cùm solo vno teste, pèr tex. express. in. c. præsens clericus. 20. quæst. 3. vbi sola depositio patris fecit plenam probationem. & èx illo textu ibi notat glo. verb. patrem, & pèr illum tex. ita tenuit Speculator in tit. dè teste. §. rrestat dè numero testium. n. 10. vbi enumerat istũ, & alios casus vsq; àd triginta cas9 in quib9 creditur vnico testi. quẽ in omnib9. 30. casibus sequitur Abb. in. c. licèt vniuersis. dè testib. in fi. & Socinus in rregula. 506. incipit: testi vni. fallẽt. 2. & Hipoli. dè Marsil. in. d. l. 1. §. ijdẽ Corn. 10. ff. dè questio. n. 4. & in cõsil. 61. volu. 1. n. 80. & Casseneus in consuetud. Burgũd.

Rub.1.§.6.super verb.sont Creuz.n.4. & Anto. Gabriel Roma. in suis conclusionibus tit. dè testib.conclu.1.n.74.versi.rreliquos. & Socinũ sequitur Francis. Viuius in com. opinionibus. opi. 294. & tenet Cepola in cautel. 144. & in cautel.150.& Boerius in.d.deciss.101.n.9. & notat èx.d.textu Montalb.in.l.1.tit.8.lib.2.Fori legum. ¶ Et sic non est curandum dè Doctoribus contrariũ tenentibus: qui sunt Altiatus in tract.dè præsumptio.rregul.3.præsumpt.7. n.fi. & Couarru.(qui eum sequitur)in.4.Decretal.2 par.c.3.§.5.n.11.& Andreas Geil in. d. obseruat. 93. n.14. in fi. ¶ Neq; dè conciliatione, quam adducit Ioseph. Mascard.in.d. tract.dè proba. 2.par.conclusio. 1057. n.7. vbi dicit: q̃ procedat prima opinio quandò cùm vno teste concurrunt alij dè auditu. Quià omnes loquuti sunt contrà dictum textum expressum in. d. c. præsens.clericus. & contrà illius glosam, & contrà tot tamtos q; Doctores. & vt vitetur dicta contrarietas est dicendum: quòd prima opinio procedat quandò vnus ille testis est qui metum in tulit, vt patet èx illo textu. & sic intelligan-

telligantur loqui Doctores eam tenentes. secũda quandò testis ille dè ponit dè metu àb alio illato, quià tùnc debent cùm teste alia concurrere vt diximus suprà. n. 11.

20 ¶ Quæ textualis decisio confirmatur (licèt non egeat confirmatione) quià quandò sumus in casu valdè difficili, qui sapit quandam impossibilitatẽ creditur vni testi vt Hipolit. dè Mar sil. in. l. siquis nè questio. ff. dè questio. n. 145. & 147. & in consil. 61. volu. 1. n. 31. quẽ rrefert, & sequitur Neuizanis in consil. 54. n. 13. sed causæ metus sapit quandam impossibilitatem: quià vt plurimum infertur secretè nè adsint testes qui possint deffendere patientem vt suprà diximes. n. 10. ¶ Et perdictam difficultatem, seù impossibilitatem probabitur eo modo quo potuerit pèr rregulam. dd. q. quandò causa est dè sui natura dificilis probationis, lex contenta est ea probatione, quæ fieri potest dè qua Hipolit. dè Marsil. in. Rub. C. dè probat. n. 11.

